origo & causa, propter illam em̄ cōcupiscentiam fiunt homicidia, ueneficia, p̄ditiones, fraudes, periuria, & permulta alia iniquitatū genera. 1. Thimo. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum dyaboli, & desideria multa & nociua, quæ mergūt hominem in interitum & perditionem.

Concludamus, Ergo non concupisces.

Hec sint dicta q̄uis breuia de decem præceptis domini, quæ dn̄s deus dedit hominib9, ut in eis non solum instruerentur, sed ad ea obligarent̄. Quod quidem deum decebat, & nobis expediebar, Deum eo q̄ in se iust9 est, & est emulator iusticiæ in suis, decebat imponere homini leges iustitiæ, & eum ad eas obligare, Vt nullo modo ei liceret eas transgredi impune. Nobis autem expediebat, ut sic non solū naturalis racio, sed etiam reuerētia diuini imperij, nos ad uirtutum opera per diuinoꝝ mandatorum obseruantiam inclinaret, utq̄ dū homo ad mandata obligatus eis obediret ex charitate, amplius in merito proficeret, & ad maiorē gloriæ cumulū perueniret, ad quam gloriam nos perducere dignetur domin9 omnipotens pater & filius & spiritussanctus, Amen.

De oratione Dominica.

Circa dominicā orationem dicem9 tria, Primo adhortationem ad orationem, Secūdo, cōmendationem orationis dominicæ, Tercio expositionē eiusdem.

Quantum ad primum, dicit Chrisosto. libro. 1. & 2, de modo orandi, Existimemus fratres, hanc esse uitam, hanc sanitatem, hanc opulentiam, hanc bonorū omnium summā, uota nostra deo offerre, syncero & puro corde, Nam sicut sol lucem prebet corpori, sic animæ lumē est precatio. Et si ceco damnosum est non intueri solem, quanto grauius est damnū homini Christiano, si non assidue deprecet̄, neq̄ Christi lucem inducat in animum suum?

Iam uero quis non obstupescat & admiretur tantam benignitatē & bn̄uolētiam, quā in nos declarat deus, qui ho-

QVADRAGESIMALE

1557

mmuniatores vera sententia, fo: x. 8.
acerdotes licite pnt h're bona temporalia cc 8

penitencie, Est dolor voluntarius de peccato
ffensa, cum proposito emendacionis in futurum,
Po dr dolor, patet ex ui vocabuli, penitere .i. pe:
na tenere vel punire in se sm Aug: in lib: de
penia, Scdo dr voluntarius, qz coactus no va:
let, sed dr volutarius qz no est cont voluntate
sequente affectione iusticie, licet sit cont vo:
sequente affectione comodi, Scotus in
4. Tercio dr pro dei offensa, nam
pro pena, no est vera penia. Quar:
m proposito emendandi, qz dz dolere de
dei, no solu preterita s3 quacumq

Sis igr ita placare sacerdos,
Supplex sic numen voce precare Dei,
Sub Ano dni 1505

Magister Johannes Lamchonius posnanien. ad clerum . 1 5 4 5 .

Doctrina Christi recolis quicunque sacerdos
Illius officium signaque sancta tenes
Aspice quam fedo mundus nunc crimine gaudet
Et dolus in precio est, noxius atque furor
Hinc hostis rabies et tanta licencia bello
Sevit, et hinc crescit terra polona malis
Nam pater omnipotens qui iustam concipit iram
Exposcens penas, iam citus vltor adest
Nunc tu igitur supplex irati numen adora
Et summum placans, rite precare deum,

Gregorius Samboritanus ad Clerum

Sacrum dogma tenes Christi qui corde minister
Blandus et officii iussa beata facis, experte
Altisonus fedo scelere orbis cerne vt abundat
Nunc hostes quaciunt vndique Christigenas,
Sordida fraus fidei sub imagine crescit a:
Sevus turpisque schisma, rapax vigent
Ceterum adest vindex operum, que commovet acres
hostilis ira velox, iudice in hocque cadit,
Iustasque ~~protinus~~ penas sumet sceleratus
Nec non cunctos et premia digna manent,

Nicolai Vesovii adhortacio pastorum ad curam gregis dominici

Pastores ouiū cura vigilate sagaci
Ne stygius CHRISTI vastet ouile lupq͡;
Exornate gregē proprio quē sanguie lauit
Ne vos constituat sordida lana reos
In manibꝰ penas et maxiā premia fertis
Est opus hinc vnū sumere quēque sibi
Sed caue qui tondes tm̄mo vellera/ne te
Horridꝰ e cornu fetor in igne coquat
Orandum est igr recte, via recta tenēdā,
Cum grege ne pereas pastor inique tuo
Hec carmina fecit 1 5 3 5

Reuerēdissimo in Chri
sto patri/et Dño Prin
cipi Illustri / domino
Iohanni ex Ducibus
Lithuaniæ, Dei gratia Episcopo
Posnaniensi. Valentinus Pos-
nanianus, fœlicitatem op-
tat, atq; se plurimū cō-
mendatum facit.

REuerendis-
sime Præsul & am-
plissime Princeps.
Notissimum est,
quam non medio-
cri perfusa est gau-
dio Polonia, quū
Dei nutu ad Pos-
naniensis Pontificatus fastigium, tuam
Reuerendissimam dominationé eue-

ctam intellexit. Clerus quoq; nō mi-nus cum uoluptati, tum honori ducit, huiusmodi Prælatum obtinuisse. Nec mirum, Nouerunt enim, pietatem animi tuæ Reuerendissime dominationis, genuinam facilitatem dexteritati coniunctam. Nouerunt inq̃, tuam. R. dignationem, authoritate, zelo, synceritateq;, ut alia taceam, ad gubernandam, protegendam, atq; ueluti dilectissimā sponsam, hanc Posnaniensem Ecclesiā amplexandam, plurimum posse. Quod quidem liquido declaratum est ex Vylnensis Ecclesiæ regimine, prudentissime atq; cum non mediocri utilitate ipsius, peracto. Hinc omnia nobis pollicemur, quæ ab optimo Pastore expectari possunt.

His ego permotus, confisus in humanitate morumq; facilitate, tuæ Reuerendissime. D. Statui offerre atq; dicare eidem. Hoc breue opusculū quod nuper hortatu nonnullorum de pœnitentia, de præceptis Dei, de oratione Dominica, atq; de explanatione Symboli Apostolici collegi, & Calcographorum

phorum prælo commisi. His potissimum temporibus, quibus & Pœnitentia sacra inter homines refriguit, & præcepta sacrosancta Dei obliuioni tradita, & deuotio prope periit, & Fides in plerisque admodum uacillat. Vbi tanta malorum labes, tantaque quotidie flagitia cumulantur, quæ si quis uelit considerare per singula, nunquam poterit a lachrymis temperare. Sic enim omnia confusa, sic sunt cuncta resoluta, ut uix uestigium uirtutis unquam uideas, ut uerbis Chrisostomi de compunctione cordis, utar, Nequitiæ uero & luxuriæ repleta esse cuncta perspicias. Et quod est infœlicius, perurgentium nos malorum iam nec ipsi sensum capimus, nec alios monemus. Et contingit nobis quod illis solet accidere, qui uel Phrenesim paciuntur, uel mente capti sunt, a quibus cum multa turpia & periculosa, uel dicantur, uel etiam gerantur, nec pudoris tamen aliquid, nec pœnitudinis capiunt, quinimmo & magnifici sibi ac sapiêtiores sanis uidentur. Ita & nos, quum omnia quæ sanitati contraria sunt geramus, Nec hoc ipsum quidem

quod deest nobis sanitatē nominam9.
Et profecto, si quis extrinsecus undecūq; adesset, & præceptorum Christi, ac nostræ conuersationis confusionem ac perturbationem uideret, nescio si alios magis ullos, quam nos inimicos esse & contrarios præceptorum Christi iudicaret.

Et ne quis me inflammato animo hec dicat finxisse, dicam. Sed si peccatis linguam immisero nemo ægreferat, non enim alios accusabo duntaxat, sed etiam memetipsum taxabo. Milites ipi per singulos dies uaria peccata perpetrant, contumeliam inferentes & conuicium furentes, alienas negociantes erumnas, lupis similes, nunq̃ a crimine mundi, nisi quis & Mare sine fluctibus esse diceret. Quod enim uicium eos nō exagitat? Quis morbus eorum non obsidet animam? In æquales inuidiā exercent, liuoremq; nutriunt, & inanem gloriam, In subiectos autem auaritiā. Quot illis rapinæ? quot usurpationes? quot calumniæ & adulterationes? quot seruiles assentationes? Christi lex dicit.

Qui

Qui dixerit fratri Fatue,reus erit gehennæ ignis. Qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam. Niſi quis humiliauerit ſe, ſicut paruulus,non intrabit in regnum cœlorum. Hi uero ſuperbiam exercent in ſubditos,ſeq; tremẽtes ac formidantes, ſe feris exhibentes magis infeſtos, propter Chriſtum quidem agentes nihil, omnia uero propter uentrem, propter pecunias, propter inanem gloriam. De auaritia eorum nihil dici poteſt. Sicut enim qui ſunt in hæremo monachi, neq; quid ſit auaritia norunt. Ita nec iſti, ſed ex contrario quam illi. Illi quidem, eo quod ſint procul a uicio conſtituti, morbum ignorant. Hi uero quod nimis in eo ſint ebrij. Neq; quãtum ſit mali ſentiunt. Sic enim uirtutem hoc expulit uicium, atq; Tyrannice dominatur, ut nec graue crimen eſſe putetur.

Sed & ad alios ueniamus manſuetiores exquiramuſq; artifices & Mechanicorum genus.Hi nanq; præſertim ex iuſtis laboribus, ſuiſq; degere uidentur

sudoribus. Verum & isti cum sibi non cauerint, multa sibi inde mala congregant. Iustorum enim operationi laborum emptione & uenditione iniquitatem immiscent, & iuramenta frequenter & periuria, simul atq; mendatia auaritiæ coniungunt. sola curãt secularia, & terræ permanent affixi, & modo lucrentur omnia faciunt, ut autem pauperibus communicent, nullam gerunt curã, sua semper uolentes augere. Quis referat super his conuicia, cõtumelias, fœnora, usuras, contractus multæ falsitatis plenas, turpia commertia.

Sed & hos relinquentes, ad alios qui uidentur esse iustiores, ueniamus. Qui sunt igitur isti? Agros possidentes, & ex terra colligentes diuitias. Et quid his quoq; fuerit iniquius? Si quis enim discusserit, quomodo miseris & erumnosis utuntur agricolis, ipsos uidebit barbaris crudeliores. Nam fame deficientibus, & per totam laborantibus uitam, continua insuper & intolerabilia iniũgunt tributa, laboriosaq; præfiniũt ministeria, & uelut Asinis, uel Mulis, immo

mo uero quasi lapidibus illorum corporibus utuntur, nec minimum sinentes respirare, siue terra præbeat, siue non præbeat, similiter illos fatigant, nec ueniæ quicq̃ illis indulgent. Quis dicere possit quæstus, quos ab eis negociantur? Et circũuentiones, quibus eos defraudant? Ex eorum laboribus atq; sudoribus horrea replentes, & lacus, ipsos autem neq; minimam partem domum referre permittentes, cum hi & coniuges habeant, & alant infantes, hominesq; sint, & proprijs eorum aream laboribus impleant, Sed ho rum nihil ipsi cogitant. Propterea cum Propheta dicendum est, obstupesce cœlum, & perhorresce terra, in quantam feritatem ebacchatum est hominũ genus.

Hæc autem dico, non artes, non agriculturam, aut militiam, non agros calumnians, sed nosmetipsos, quoniam & Cornelius erat Centurio, & Paulus Sutor, ut eit Chrisost. & arte post prædicationé usus est, Et Dauid erat Rex, & Iob Agros possidebat, & hinc multos capiebat prouentus, & impedimenti

 nihil

nihil erant hæc ad uirtutem alicui illorum.

Et ne de industria me quis Cleri statum obmisisse putet, & hos pro admonitione adeamus. Nam horum plerique adeo corrupti sunt, ut illud Isaie. 56 eis conuenienter dici possit. Ipsi Pastores ignorauerunt intelligentiam. Ignorant enim intelligentiam suæ dignitatis, quam habent in Sacramenti Altaris administratione, quæ eis credita & commissa est, ut consecrent, offerantque dignissimam illam Deo Patri hostiam. Quod quidem mysteriū omnem transcendit humanam & angelicam dignitatem. Huius tamen tantæ dignitatis immemores plerique Sacerdotes, omnē uitæ sanctimoniā abhorrent, & omni probrorum genere contaminati, Gulæ & Veneri indulgent. Eorum animus in patinis magis q̄ in sacris libris uersatur. In Dei Templo, perfunctoriæ, & in transcursu peragunt Ecclesiastica officia, in mensis uero longissimam transigunt partem temporis. Taceo inhonesta eorum contubernia, ne uideat in

eos

eos potius inuehi uelle, q̃ admonere.

Preterea ignorant ipſi Paſtores plerique intelligentiã honeſtatis uitæ habendæ, ad dandum aliis bonitatis exemplum, quod imitentur, quum ſint nonnulli ſubditis ſuis diſſolutiores. Poſtremo ignorent intelligentiam diligentiæ preſtãdæ circa cuſtodiam & curã gregis cõmiſſi, quum nullam de eo gerant ſolicitudinem. Gregori9 autem .40. Diſt. Cap. Epheſy de his ita diſſerit. Cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo Paſtor occidit.

Quum igitur in tantam corruptelam genus humanum delapſum ſit, utinam ſint uel nonnulli qui hoc Opuſculum, ueluti quoddam Enchiridion præ oculis habeant, atque legant, ſi quid forte non nihil lucri pro reparandis cõſcienciis exhaurire poſſint.

Quod quidem Opuſculum, ut tua Reuerendiſſima dominatio, pro paruo munuſculo acceptare dignetur, etiam atque etiam oro. Commendo me neſtræ

stre Reuerēdissimæ dominationi Presul dignissime, quam Deus optimus maximus quam diutissime fœliciter cōseruare dignetur. Ex Posnania. 19. Decembris. Anno salutis Incarnatæ. Millesimo quingentesimo tricesimo sexto.

Idem Venerabilis uir ac pius, mgr Valentinus cognomine passer, mortem obiit, Anno dni Millesimo quingentesimo tricesimo septimo, die solis, penultima vero mensis Aprilis, hora circiter vigesima

Opuſculum Quadra-
geſimale per Valentinum Poſna-
nianum recollectum, omni-
bus, & potiſſimum in Vi-
nea Dñi laboranti-
bus, perutile.

Ad Hebre: ultimo
doctrinis varijs et peregrinis nolite abduci

In hoc Opuſculo
continentur.

Tractatulus de Pœnitentia & partibus
eius.
Tractatus de decem Præceptis Dei,
Declaratio Orationis Dominicæ.
Declaratio Symboli Apoſtolorum.

Benedictus DEUS in ſæcula.



In Arma Reuerendissimi Episcopi Poznañ. de ducibus Lithuanię.

Magnanimus Libycis regnat leo semꝑ in aruis
Exagitans pauidas raptor vbiq; feras.
Sed victor Boreis pręstat Cataphrattus in oris
Nunquam Sarmatico gramine pulsus eques.

hec volumē est Laurencij a Volstin va-
scularij: Emptum xviij gr Anno Chri
sti . 1 . 5 . 3 . 6 .

Quadragesimale Opusculum per Valentinũ Posnanianũ recollectũ/ omnibus. et potissimũ in uinea domini laborantibus perutile.

Cõuertimini ad me in toto corde vestro. Iohelis. ij.

Dicit Augustinus. ser. 41. ad fratres in heremo. Aduenerũt nobis dies pœnitẽtie fratres charissimi ad redimẽda peccata. Dies medicinales animæ & corporis. Dies pœnitẽtiæ & lachrimarum. Dies letitiæ, quia flores uirtutũ apparebunt in t̃ra nostra.

Dies utilitatis quibus facilius oratio ex-
auditur, adiuuate uniuersali ecclesia sin-
gulos in orationibus. Bernar. Tẽpus
militiæ Christianæ. Non nobis frẽs sin-
gularis est hec obseruatio, una omniũ ẽ
qui sunt in unitate fidei, hoc faciunt re-
ges, hoc clerus, hoc uniuersus populus.
Et cur non sit cõmune ieiuniũ Christi
omnibus Christianis? Quare membra
non sequãtur caput suũ? Si bona susce-
pimus ab hoc capite Christo, mala autẽ
quare nõ sustineam9? Christus, quicqd
passus est, pro nobis est. Et id quoq; qd
laboramus pro nobis erit.

Rogo fratres cũ deuotione suscipi-
te hoc ieiuniũ. Si aliquãdo deuote ieiu
nauim9, nunc deuotius. Et si forte ante-
studia uestra intepuerãt, dignum est, ut
nunc in feruore spũs recalescãt. Ieiunet
gula, oculus, auris, lingua, anima, a ui-
cijs & ppria uolũtate. Assit deuota orõ
Audiant diuina officia Non negligat
sermo, Recolite uerbũ Christi Matth 16
Quid pdest homini si uniuersum mun
dum lucret, animæ uero suæ detrimen
tum patiatur? Illa transeũt, hec manẽt.
Ru-

Rupe. Abbas Tuicen̄ Capiamꝰ charissi
mi exempla a sanctis. Apostoli primi fi-
lij illius sponsi, qui ablatus erat. Math.
9. tota uita sua, ieiuniū fletūq; amauerit,
& renuit consolari anima eorū, tantūq;
in eo delectati sunt, q̄ eius mérores erāt.
At postq̄ multiplicari cepit numerꝰ cre
dentiū, tanq̄ indiscretos pisces retia fi-
dei cōtraxerunt, ut cū abstinētibꝰ. multi
tudo quoq; intraret ebriosoꝝ, subuenit
ecc̄lasticæ disciplinæ magisteriū, & tan
quā seuera mater, moderata est intēpe-
rantiā edatiū pueroꝝ, quadragesimale
ieiuniū instituendo, ut quia de toto co
gi non poterāt, uel partē obseruarēt, ui-
tæq; decimas abstinētiæ dedicarent, Nā
tocius anni hec est decima. ut dicemus.
Ecce igitur nūc tempus acceptabile. di-
es salutis. Ecce sacrū iniciū. Emēdemus
in meliꝰ quod ignoranter peccauimꝰ.

In die Cinerum.

Conuertimini ad me in toto corde uestro. Dicemus primo de institutiõe quadragesimæ. Secũdo de his quæ in q̃dragesimali tẽpore laudabiliter fiunt ex ordinatione ecclĩæ, p̃ter morem aliorũ temporũ anni. Tercio q̃re per pœnitentiã conuerti debeamus.

De primo. Quadragesimale tempus primo in ueteri lege multipliciter ẽ figuratũ atq; præsignatũ, & quantũ ad numerũ dierũ, & quantũ ad officiũ, ad quod est ordinatũ scz ad purgationem peccatorũ & pœnitẽtiã faciendã simul. & ad ieiuniũ.

Genesis vii.

Nam q̃draginta diebus & noctib9 pluit dñs super terrã tẽpore diluuij sub Noe. per quod purgabat̃ mũdus à peccatis, quibus erat cõtaminatus.

Similiter, q̃draginta dies concessi sunt Niniuitis ad pœnitẽtiã, scd'm hãc p̃dicationẽ Ione p̃phetæ. ca. 3. Adhuc

40. dies, & Niniue subuertetur. Intra quos uiri Niniuitæ cũ rege suo salutarẽ faciẽtes pœnitẽtiã, in cinere, cilicio & ieiunio, placauerũt imminẽtem dei irã & euaserunt subuersionẽ prænunciatã.

Insuper Moyses bis ieiunauit. 40. diebus & noctib9 in monte Sinay: ut legem dñi mereref accipere. Primo quidẽm ãte primas tabulas legis acceptas. Exo. 24. Et secũdo post primas illas tabulas cõfractas, & ante secũdas tabulas legis a deo acceptas. Exo. 34.

Item Helias ,ppheta, post mãducationẽ panis subcinericij sibi ab angelo dñi delati, ambulauit in fortitudine cibi illius 40. diebus & 40. noctibus, neq; manducãs neq; bibens usq; ad mõtem dei Oreb. 3. Reg. 19.

Secundo q̃dragesimale tempus in principio noui testamenti a Christo est consecratũ, per hoc quod suscepto Baptismo a Ioanne Baptista secessit in desertũ, & ieiunauit illic 40. diebus & noctibus nihil mãducãs & bibens, Matth.

 4. per

4.per quod opus suũ.dedit nobis exẽplum, ut sequamur uestigia eius. 1. Petri 2. pro captu nostre fragilitatis.

Nos itaq; si boni sumus filij, debẽ9 patrẽ nostrũ in hoc sequi, si boni sumus milites, debemus nostrũ ducem & principem militiæ, contra mundũ & carnẽ, in hoc bello imitari. Delicatus enim est miles, & ignauus, qui suũ regẽ & capitaneũ uexilliferũ, in prelio strenue pugnãtem, sequi recusat.

Tercio q̃dragesimale tẽpus est post ascẽsionẽ dñi in cælos, ab Apostolis. ex ordinatione Christi, & magisterio Spiritussancti, institutũ, ad exemplũ & imitationẽ Christi. Nam scd'm sacrorũ authorũ sententiã, beatus Petrus, cum Romæ sedis Apostolicæ locũ delegisset ac cõstituisset, ut princeps & pastor uniuersalis ecclesiæ a Christo cõstitutus, instituit quot annis q̃dragesimale ieiuniũ, a tota ecclesia obseruandum.

Nempe beatus Ignacius Epũs Antiochenus, qui tẽpore Apl'orum floruit, & mar-

martirio coronat⁹ est,sub Traiano Imperatore,in quarta suarum epistolarum,q̃ est ad Philipenses,ita scribit ad fideles. Quadragesimã uero nolite ꝓ nihilo habere imitationẽ enim continet dei conuersationis. Hoc autẽ nõ scripsisset ,nisi eo tẽpore fuisset iã quadragesima in ecclia uniuersali & catholica instituta.

Btũs etiã Hieronimus ad Marcellã scribens ꝯtra insanos Montani heretici sectatores, ait. Nos.scz catholici,unã q̃dragesimã secundũ traditionẽ apostolorum, toto ãno, tẽpore nobis ꝯgruo ieiunamus.

Cui consonat & Theophilus episcopus Alexãdrinus dicẽs , Habemus q̃dragesimã ab apostolis institutam & ordinatã.

Ex quibus dictis ꝯfutatur insania & oblatratio hereticorum huius tẽporis. obgarrientiũ q̃dragesimalẽ obseruationẽ solum esse ex humana adinuentiõe recenter introductã,eo ꝙ non cõtineat in Euãgelio expresse descripta .& ꝙ homines iure diuino non obligentur ad eius ieiuniũ.& abstinentiã ciborũ in ea

 dies

decretā scz ad abstinētiā a carnib9 atq; lacticinijs. Ipsi enī Lutherani talia spargentes in populo, ad captandā eius beneuolētiam, & ad loquendū ei placētia sunt organum & os satanæ. per eos uolentis seducere populū dei ab obediētia ecclesiæ catholicæ.

Audiatur potius ab omnib9 sctūs maxim9 in sermone de quadragesima dicens. hec autē pcepta (quib9 .s. institutū est quotannis quadragesimæ ieiuniū) non tam sacerdotū precepta sunt q̄ dei. atq; ideo qui ea spernit, nō sacerdotem spernit, sed Christū qui in suo loquitur sacerdote. hec ille.

Ex quib9 constat, ipsā quadragesimā ex dei esse cōstitutione.

Sed diceret quis, Quare quadraginta dierꝫ & nō pautiorū, neq; plurimorꝫ est in q̄dragesima institutum a Christo ieiunium? respondet beatus Gregorius assignans hanc rationē in homilia euāgelij primæ dominicæ q̄dragesimæ, & adducuntur eius verba in libro decretorum. de conse. dist. v. ca. q̄dragesima. in hanc sententiā. Iubemur inquit, deo rerū omnium decimas soluere ex lege.

Ergo

Ergo & Dierũ anni decimas deo debe- mus. Atqui trecẽtorũ & sexagita quinq; dierũ (qui totum cõplẽt annũ) decima pars cõtinet q̃dragita duos dies, qui de currunt a prima dominica quadragesi- mæ usque ad pascha. A quib9 si subtra- hãtur sex dies dominici in quib9 nõ est ieiunandum ex institutione ecclesiæ, su persunt solum triginta sex ieiuniorum. Ad cõplẽdum vero numerũ q̃dragena- rium dierum ieiunij, quẽ dominus no- stẽr suo ieiunio ꝯsecrauit, ne mãeret im perfectus ille sacer nũerus & incõpletus ecclesia sancta superaddidit q̃ttuor dies ieiunioꝝ. proxime precedẽtium primã dominicã q̃dragesimæ, scz feriã q̃rtam. in capite ieiunij & tres reliquos dies cõ tinuo sequentes. Et ita cõplentur 40. di es integri cũ magna deuotiõe obseruan di. etiã diligẽtius q̃ alio quouis anni tẽ pore, qm̃ (ut dicit Leo Papa in ser. de q̃- dragesima) parũ religiosus alio tẽpore monstrať. q his dieb9 nõ religiosior in- ueniť.

Pro secũda particula huius sermo- nis absoluẽda. Inter cætera q̃ in hoc die & q̃dragesima fiunt & non in alijs anni

tēporibus. Primo in ipso ingressu Ie- iunij q̄dragesimalis. & hoc die benedi- cūtur cineres a sacerdote, & imponūtur capiti aut fronti singulorum in formā crucis. cū his uerbis. memēto homo q̄a cinis es, & in cinerem reuerteris. Quod ex laudabili constitutione ordinatū est presertim ꝑpter duo.

Primo ad inculcādā nobis memo riā mortis, p quā in cinerē cōuertet cor- pus nostrū, sicut ex terra formatum est Hec autē assidua mortis memoria, max ime nobis est utilis.

Tum, quia nostrā retūdit supbiam Eccl'i, 10. Quid superbis terra & cinis?

Tum etiam, quia contemptū mū- di inducit. teste hieron. facile contem- nit oia, qui se semp cogitat moriturum

Tum deniq;, quia iugis memoria mortis, & a peccato retrahit hominē, & ad bene operandum quotidie solicitat, Eccl'i. vij. Memorare nouissima tua, & ineternū non peccabis.

Secūdo dantur hodie cineres bene- dicti

dicti a sacerdote fidelib9.ad significan-
dum statū & qualitatē pœnitentiæ,hoc
sacro tēpore peragende quæ quidē pœ-
nitentia per cinerem apte designat̄,un-
de in ueteri lege,qui per pœnitentiam
se uoluerunt humiliare corā deo.legun
tur sedisse in cinere,& posuisse cinerem
super capita sua,ut legitur de Achab.3.
reg.21.& de niniuitis Ione ca.3.Et de Iu
deis tempore opressionis holofernis Iu
dith 4. Et in multis alijs scripturæ locis
Et in euāgelio Matth.xi dicit dominus
Si in Tyro & Sidōe factæ fuissent uirtu-
tes,quæ in te factæ sūt olim in cinere &
cilitio fecissent pœnitentiā.

Beatus etiam hieronim9 dicit.ꝙ cinis &
cilitiū .arma sunt pœnitētiū. Sicut em̄
cinis lixiuiū reddit amarum,& tamen
quascūque a lineis pānis & lintheis ab-
stergit macłas.Ita pœnitētia amara qui
dem est subeunti eam, ad obolendam
delectatiōem peccati, sed omnes diluit
animæ sordes & maculas tanꝗ spiritua
le lixiuiū,& animā reddit candidam &
purā.

Secundo in hoc die & principio q̄

dra-

dragesimæ pœnitētes publici,ab Episco
po,aut eius uicario eijciunt extra eccle-
siam & educunt.phibeturq; ipsis per to
tam q̄dragesimā ingressus in ecclesiā.ut
in luctu & merore agant pœnitentiā. Et
feria quinta postremæ hebdomadæ q-
dragesimalis, iterū tanquā peracta pœ-
nitentia recōciliati deo inducuntur ab
episcopo in ecclesiā.Quod quidē fit,ad
significādum eiectionē primorū paren-
tū e paradiso terrestri, propter suā p̄ua-
ricationē,& exclusionē totius suæ poste
ritatis ac totius humani generis a regno
cœlorū propter eandē culpā, Reductio
uero pœnitētiū feria quinta āte pascha.
significat mistice reductiōem primorū
parētū,& totius humani generis in reg-
nū cœleste p uirtutē passionis & mortis
Christi,que circa ea tempora facta est &
cuius specialem memoriā tunc ecclesiā
quotannis recolit.

Tertio in pricipio q̄dragesimæ ue-
lantur imagines sacræ in eccl'ijs reposi-
tæ,& obducūt lintheis per totā q̄drage-
simā. & in fine q̄dragesimæ iterū dete-
guntur ac reddunt cōspiciendæ. Ad de-
signandū,q in peccatis constituti, non
sunt

sunt digni conspicere sanctos in cœlo, per imagines sacras repsentatos. Sed tūc solum admittent ad illoꝝ conspectum quando per dignā penitētiā fuerint ab omnibus peccatis emūdati.

Cum igitur fideles intrant ecclesiā, & uident sāctā crucem, & imaginē sacræ uirginis, ac reliquorū sanctorū uelatas. ingemiscere debent apud se. & recognoscere se esse peccatores. īdignosq; sanctorū in cœlo aspectū. ob quod excitare se, ipsos debent ad faciēdū dignos fructus pœnitentiæ. & ad abradēda peccata. ut tandem digni habeant in pascha, id est in transitu ex hoc mundo ad cōspiciendum clare in regno cæloꝝ apertā dei & sanctorum faciem.

Tertia pars sermonis, q̄re p pœnitentiam conuerti debeamus.

Quam necessariū sit sacramentum pœnitētiæ. patet, quia quū post adeptā innocentiā in baptismo homo recidit in aliquod peccatū, rursus relabitur in irā & inimiticiā Dei, summi utiq; boni,

&

& ita odio habetur. p peccatũ enim homo se auertit ab æterno & summo bono fœlicitatem æternã amittit, & dãnationem acquirit, usq; adeo, ut ãplius indignus sit pane quo uescitur.

Talis homo non potest a seipso resurgere Iohã. 8 Nemo uenit ad me. nisi pater traxerit eũ. Necessarium est ergo. ut homo peccator habeat peculiarẽ quãdam motionem a deo. ut seipsũ inspitiens & excuciens totũ, sua cõsideret pctã. & super his penitẽtiã agat assistente dei gratia. Ipse enim dñs astat ad ostiũ cordis. pulsans p instinctũ grãæ suæ Apo. 3.

Et quãuis peccator egre peccata deserit. subinde se hincinde circũuoluens instar aspidis, quoniã molestũ est illi a peccatis desistere, misericors dñs eũ impellit per timorẽ & humilitatẽ ad agendum pœnitentiam.

Quũq; incertus adhuc esset peccator de peccati remissiõe, mitissimus dominus instituit sacramentũ pœnitentiæ scz absolutionẽ sacerdotalẽ q̃ certior es

si

fitiatur peccator penes hoc signū exter-
num de diuina gratia sibi collata,& de
peccatis remissis, Non quidē ex merito
suo,sed uirtute passionis & mortis Chri
sti.sicut omnia sacramēta inde habent
efficaciam suam.

Atq; hoc ipsum est sacramentū pœ
nitentiæ,ecclīæ a Christo traditū supra
ueteris testamēti pœnitentiam.

Non operaṫ autem pœnitētia sacra-
mentalis nisi in corde cōtrito,iamq; pa
rato absolutionē sacerdotis &gratiā dei
recipere.

Eaq; ratio est,cur Ioānes & Christus
& Petrus p̄dicationē suam exorsi sint a
pœnitētia,ut patet Matth.3. Matth. 4.
Acto.2.

Causæ nos mouētes ad pn̄iam sūt:
Prima. æterne damnationis timor. Pa
ratus est enim ignis gehennæ dyabolo.
& omnib9 qui in peccatis moriunṫ, nō
agentes super his pœnitētiā. Sicut ad
Iudeos dixit dn̄s.Ioan.7.In peccatis ue
stris moriemini.Et luce,13.Nisi pœnitē
tiam egeritis,omnes in unum peribitis

Math: xxv.

Ite;

iterum quoq; Matth 16. Quid prodest homini si uniuersũ mundum lucretur, animæ uero suæ detrimẽtũ patiaẽ? Aut quam commutationẽ dabit homo ꝑ anima sua? filius homĩs ueniet in gloria patris sui cũ angelis suis & tunc reddet unicuiq; secundũ opera sua. Ecce secundũ opera. ubi quã male habebunt Lutherani cum sua nuda fide. omnib9 operibus destituta.

Ad euitãdã igitur dãnationẽ æternã, pœnã istã ineffabilẽ, quilibet hõ studeat peccata sua delere, & redimere per opa pœnitentiæ. ne uideat amplius ista de9 ad puniendũ ea, sed dimittat.

Exemplũ capiãus in Niniuitis, ad quos missus Ionas cum ꝑdicasset, adhuc. 40. dies et Niniue subuertẽ, illi conuersi fecerunt pœnitẽtiã, a maximo usq; ad minimũ, a rege usq; ad seruũ. Ione. 3. capi. & nõ intulit eis deus malũ quod cõminatus erat. hos niniuitos domin9 exꝓbrauit Iudeis ĩpœnitẽtib9 Math. 12. Viri Niniuite surgent in iuditio cũ generatiõe ista, & cõdẽnabunt eã quia pœnitẽtiã egerũt in predicationẽ Ionæ, Et ecce plus

plus q̃ Ionas hic. Et non solū contra Iu-
deos illi surgent. uerū etiā contra illos,
qui ipsis secundū opera sunt similes, &
maxime nobis formidādū est. ꝙ cōtra
nos surgent. Nam gens illa barbara dei
prorsus ignara, ad unicā prædicationē
Prophetæ reuocauerūt se ab ipietatibus
suis, & per dignā pœnitentiā redierunt
ad deū. Nos autē qui Christi nomē por
tamus, qui in principio regenerationis
nostræ. polliciti sumus semper ei seruire
nō solum semel sed sepissime, & per in-
teriora & per exteriora a deo mōiti ob-
surdescimus. & negligimus pœnitentiā
facere.

Sec͂da causa est, spes æternæ beatitudi-
nis consequendæ, ad quam creatus est
homo, ad imaginē & similitudinē dei,
Ideoque in nulla creatura super terram
saturari & refici potest nobilissima ani-
ma hominis, nisi in deo dicente Dauid ps. xvi.
Saciabor cum aparuerit gloria tua O q̃
immensum gaudiū in cœlestib9?

Hāc rationem Chrūs & Iohānes ex-
presserūt diceñ. Pœnitētiā agite, apro- mathei
pinquabit enim regnum cœlorū. id est. 3. et 4.
regnū beatitudinis æternæ. ut exponit
Chrisost.

Pœnitētia ergo pducit ad regnum coelorū, Quādiu homo manet in peccato, ipse est astrictus cathenis dyaboli, & in eius carcere cōpeditus, neq; est sui iuris, sicut neq; auicula, quæ alligata funiculo. tenet ab aucupe in manu: Qui em̄ facit peccatum. seruus est peccati. Ioh. 8 uincula tamen illa rūpuntur per pœnitentiam. per quā homo fit liber. & regni

Lu: xxiii. cœli pticeps. Quod liquido patet exemplo latronis, qui p pœn̄iā paradisū igressus est. Aliud exēplum, Qui cum confessus fuisset suam iniquitaté. & quod pro illa iuste erat addictus cruci, cum etiam domini nostri innocentiā predicasset, & ipsius īplorasset misericordiā factus est paradisi incola, Thais meretrix insignis, quæ a panutio sancto uiro cōuersa. adustis omnibus uanitatibus in platea publica, paruulæ cellæ iclusa, quolibet die paululū panis & aquæ. ad sustētationem sui accepit, & sic trib9 annis permāsit. Deinde perrexit pannutius ad beatū Antoniū hæremitā percelebré, cui multa a deo reuelabantur, ut sciret ab eo an peccata essent ipsi Thaidi a deo dimissa Iussit tunc sanctus Anthonius discipulis

lis suis ut pro illa nocte omnes orarent
Tunc paulus ãtonij discipulus. uidit ea
nocte in cœlis lectũ preciosis uestib⁹ or-
natũ, quem tres uirgines sacræ custodie-
bãt, Cumq; paulus diceret illã esse glori
ã Autonij, audiuit uocẽ dicentẽ sibi, nõ
est antonij, sed Thaidis meretricis. Q͞d
cũ mane audisset panuci⁹ cũ gaudio di-
scessit, Et cũ illã eduxisset de cella, quin-
decim dies ipsa superuixit & deĩde qui-
euit in dño, Ecce utilitas pœnitẽtiæ.

Tertia causa agendæ pœnitẽtiæ est
ut sic homo amissam baptismi & cõfir-
mationis gratiã rursus acq̃rat, In his em̃
duob⁹ sacramẽtis, atq; p̃cipue in baptis-
mo quisq; consepeliuit ueterẽ hominẽ
& resurrexit in nouitatem uitæ. induit
quoq; dominũ Ihesum & uestẽ innocen
ciæ. & ita factus filius lucis & fœlicitatis
Hanc autẽ gratiã & innocẽtiã per sequẽ
tia perdidit peccata, factus iã filius dam
nationis. Inde rursus per pœnitẽtiã, re-
conciliatur deo & fit filius dei & coheres
Christi Ideo Chrisost. ser. de pœnitentia
dicit sic, O pœnitentia quæ peccata deo
miserãte remittit. paradisũ reserat. cõtri
tũ omnẽ sanat. & tristem exhilarat. uitã

de interitu reuocat. fiduciam reformat, gratiamq; abundãtioré refundit. O pœnitẽtia quid de te noui dicã? Omnia ligata tu soluis. Omnia soluta tu seruas. Omnia aduersa tu mitigas, Omnia cõtrita tu sanas, Omnia cõfusa tu lucidas Omnia desperata tu animas. O pœnitẽtia misericordiæ mater & uirtutũ magistra, magna ubera tua, quib9 reparas delinquentes. lapsas releuas. recreas desperatas. Per te nobis regnũ cœlorũ adesse
Math: iii. Iohannes baptista clamat, dicens, facite ergo dignos fructus pœnitẽtiæ, quoniã ecce adest regnũ cœlorũ. Per te subito latronẽ rapuit Christ9 ad regnũ cœlorum
Lu: xxiii. Per te Dauid post flagitiũ fœlix recepit
2. Re: xii. spiritũ sanctũ. Per te Manasses post cruẽ
2. para: xxxiii ta facinora, ecce meruit fieri receptabilis. Per te Petrus apostolus, postquã ter
Ioh: xxi. dominũ negauit. data est ei indulgẽtiæ
Lu: xv. dextera. Per te filius prodigus regressus ad patrẽ, non solũ osculũ amplexũq; paternũ, sed etiam epulum uituli saginati uestemq; insignẽ meruit adipisci. Per te
Lu: vii. mulier fornicaria uberes stillauit lachrimas, fonteq; sui baptismi. ꝓrinus lauit pedes Christi, crineq; detersit, Per te Niniue

niue ciuitas magna populusq; integer barbarorũ, subito deũ sapuit. one, iii

Quarta ratio hec est, quia per pœnitentiã omnia prius trãsacta opera bona in gratia & charitate dei reuocantur. & homo pœnitẽtiã agens iterũ particeps efficitur omniũ operũ bonorũ quæ fiũt in mundo.

Prius illud sic intellige. Si quis mltum gratiæ & meriti acquisierit, per orationes, ieiunia, eleæmosynas, & similia. Id omẽ per unũ peccatũ mortale amittitur. quia pctm̃ nõ tantũ peremit aĩam sed etiã opera bona. Iuxta illud dñi dicẽtis. Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ, omẽs iustitiæ eius quas fecerat, nõ recordabunt

Sicut autẽ pctm̃ mortale tollit oĩa opera bona ut ea amplius non respiciat deus ad remũeratione æternã. Ita uicissim ex misericordia pœnitẽtia reuiuiscere facit opa a pctis mortificata, quæ tamen antea in gr̃a dei facta fuerãt, sicut ibidem dicit dñs. Ezech. 18. Cum auerterit se impius ab impietate sua quã operatus est. & egerit pœnitentiã, custodieritq;

omnia precepta mea, uita uiuet & non morietur omniũ iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua, quã operatus est uiuet.

O sane magna hec utilitas pœnitẽtiæ, q per eam homo recuperat omnia bona quæ ante plurimos annos fecerat

Alter quoq; non mediocris est fructus pñiæ, q hominem pœnitentẽ, oĩm operum bonorũ quæcũq; fiunt in mundo, facit participẽ, Nam hoc bene ponderandum est oĩbus, q ubi pmũ gratiã Dei sunt consecuti, participes fiunt oĩm Missarum, orationũ eleæmosinarũ, et similium quæ fiunt in mũdo, teste Psalmista: Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mãdata tua.

in tercia horarum

Ea nimirum sanctorũ est in hoc mũdo cõmunio, in qua corpus spirituale huic carnali comparatur. Sicut eñ manducante aliquo, oĩa eius membra salubria fouentur. Ita hic cum quis reficitur, proficit hoc omnib9 membris, hoc est, fidelibus cunctis, sicut Paulus præclare confirmat, ad Roma. 12.

Sermo

Sermo secundus de Pœnitentia.

Pœnitentiam agite, appropinq̃bit enim regnum cœloꝝ, Matth. 3. & 4.

Quemadmodũ corpus humanum, multis in hac uita morbis obnoxium, cum a ſanitate deciderit in languorem, indiget medicina inſtaurante eius ſanitatẽ, alioqui interiret, & morte hinc ſuſtolleretᷣ. Ita & anima nr̃a, poſtq̃ regenerata eſt & corroborata, atq; enutrita, ſæpius a bona ſua diſpoſitione decidit in pctm̃, quod eſt morbus, & plerũq; mors animæ. Idcirco indiget ipſa aliquo ſpirituali medicamento, per quod & uita illi reſtituatur, & priſtina ſanitas, aliter æternæ morti ſubiaceret.

Itaq; Deus, humanæ fragilitatis conſcius, & nõ uolens mortem peccatoris, ſed magis ut conuertatᷣ & uiuat, Ezech. 18. ordinauit ſacramentũ pœnitentiæ, tanq̃ ſalutiferam medelam, per quam anima mortua reuocetᷣ ad uitã, & ægrota reducatur ad ſanitatem.

Dicemus primo de fructibus pñiæ.

De primo, preter ea quæ de pœniten-
tia dicta sunt, adhuc latius de fructibus pœnitentiæ dicendum est.

Fructus seu utilitates pœnitentiæ sunt uariæ.

Prima utilitas est quod peccatorẽ gratiæ Dei restituit, quã deperdiderat per culpam, Quod nobis aperte constat. 2. Re. 12. in ipso rege Dauid, qui quum a Nathan Propheta rephensus de commisso adulterio & homicidio, humiliter suã culpam recognouisset, dicens, Peccaui dño, Audiuit ab eodem hoc uerbũ consolatoriũ, Dñs transtulit pctm̃ tuũ, non morieris.

Cum etiam idem offendisset Deum grauiter in numeratione populi tocius sui regni, & cum humilitate se peccasse fateret, & Dei plagam in se conuerti petiuisset, non in suũ poplm innocentem iussus est per Gad Prophetã offerre holocaustum Dño, cuius oblatione facta in arca areuna Hiebusæi, mitigatus est Dñs, sup pctõ Dauid, & recepit eũ Dominus Deus in grãm, ut dicit. 2. Re. 24.

Secunda pœnitentiæ utilitas est, quod a capti-

captiuitate Sathanæ liberat hominem, & restituit in libertatem pristinā gratiæ Dei. Quod nobis aperto Exemplo. 2. Para. 33. demonstrauit, Manasses rex Iuda filius Hezechiæ Regis, qui ob idolatriam, & effusionem sanguinis Prophetaꝶ corripientiū ipsum de malitia sua, Deo permittente, captus fuit ab exercitu Asſirioꝶ, & ductus in Babilonē captiuus ubi coniectus in carcerem & compeditus, rediit ad cor, & egit salutarem pœnitentiā Deo acceptam, liberatuſq; de carcere Babilonico, rediit incolumis in regnum ſuum, & uitam ſuam in melius cōmutauit, destruxit eñ omnia idola, quæ prius fabricauerat, & aras eorū ſubuertit, totūq; ſui regni poplm īduxit ad ſeruiendum Deo uero, & in bono statu ac pace uitam ſuam finiuit ut. 2. Paralip. 33. dicitur.

Tertia pœnitētiæ utilitas eſt, φ mitigat iram Dei nobis infenſi propter peccata noſtra, & a plaga nobis inferenda manū Dei retardat. Quod aperte nobis oſtenſum eſt in Niniuitis, quibus cum Ionas poſt. 40. dies ſubuerſionem minaretur, conuerſi ſunt ad penitentiam

a maximo usq; ad minimũ. Quinetiã rex ipse proposuit edictũ publicum per totum suũ regnum, q̃ omnes saccis induerentur & ieiunarent, & idipsum primus fecit, ut monstraret alĳs exemplũ. Et hoc remedio placatus est Dñs, neq; intulit subuersionē illi populo, ut scribitur Ione. 3.

Ecce exẽpla preclara penitentiæ, oculis nostris proposita in sacra scriptura, ut illa imitemur, & ardentius incitemur ad pœnitentiam.

Quarta utilitas pœnitẽtiæ est, q̃ operatur remissionē peccato℞, & ea diluit. Quod patet ex Lucæ cap. 7. Exẽplo beate Marie Magdalenæ, quæ quũ prius fuisset in ciuitate peccatrix, & ad pedes Christi in domo Simonis Pharisæi pro uoluta, lachrymis uberrimis eos lauisset, extersissetq; suis capillis, & unguento perunxisset, meruit hanc a Dño uocē consolatoriã audire. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multũ & iterum. Remittunẽ tibi peccata tua.

Similiter beatus Petrus, Matth. 26. cũ trinam illam negationē, qua Christum

ſtum abnegauerat, amaris deploraſſet lachrymis, in ſignũ remiſſi iam peccati ab Angelo ſpecialiter nominatus eſt mulieribus ſanctis, ut illi reſurrectionẽ Chriſti nunciarent. Mar. 16. & a Chriſto ſpeciali apparitione uiſitatus eſt poſt Reſurrectionẽ Luce. 24. paſcendarũq; eius ouium curá accepit Iohan. 21.

Quis igitur quantũuis grauis peccator, iam deſperet de uenia?

Quinta pœnitentiæ utilitas eſt q̃ gratiam Dei prius habitam, & per peccatum deperditã recuperat atq; reſtituit. Imo ut dictum eſt ſupra uiuificat omnia bona opera ante peccatũ facta, & ꝑ peccatũ mortificata. Quòd aperte deſignat Luce 17. in parabola de filio prodigo, qui cũ omibus bonis ſuis cõſumptis, nudus & miſerabilis rediſſet ad patrem ſuũ, & miſericordiã ipſius per ueram pœnitẽtiã ſuppliciter imploraſſet, amplexans illum pater, cum admiranda benignitate, & recipiens in ſinũ paternæ pietatis, iuſſit ipſi filio ſuo proferri ſtolam primã .i. candidã innocẽtiæ ueſtẽ. quã in baptiſmo ſuſceperat, & annulos in manibus, ac calciamẽta in

pedibus. Per quod designat, ipsum pœnitenté, quãdo ad Dñm conuertit, recuperare gratiã innocétiæ, & alia dona Dei, collata illi post baptismũ, ut fiat amicus Dei, qui prius per peccatum fuerat inimicus, quia istud est sacramẽtum reconciliationis.

Secũdo dicamus, quomodo pœnitẽtia est sacramentum quasi iudiciale, & quomodo peccator debet per pœnitentiam ulcisci in se peccatũ, si uult ut sibi remittatur.

Pro quo intelligendo notandũ est, ꝙ uocabulo pœnitentiæ duplici modo utimur. Pœnitentia em̃ sacramentalis tantũ est absolutio sacerdotis, quæ fit potestate clauium sibi a Deo tradita. Deinde secũdo, Pœnitentia, internam quoq; significat contritioné in animo peccatoris super peccatis commissis, & opera pœnalia externa ad declinanda peccata.

Vt ergo pœnitens digne suscipiat sacerdotalé absolutionem, oportet habeat prius pœnitentiã, hoc est, contritioné internam in corde, eam deinde exhibebit ore & opere.

Hec

Hæc oĩa ut plenius intelligant̃ sciendum, ꝙ ubi primũ peccator uenerit ad peccati cognitionem, tunc ille sane debebit pc̃tm̃ suum arguere & accusare, Siquidem inique egit, Deũq; in se cõmouit, ideo est ꝙ ipse illud puniat & iudicet. Iuxta illd̃ Pauli. 1. Corin. 11. Si nos iudicaremus, non utiq; iudicaremur a Domino.

Estq; hoc ipsum iam opus iustitiæ, uelle malum in seip̃o ulcisci & punire, atq; ideo hoc sacramentum est q̃si iudiciale. Imo (remuneratiõe dempta) est hæc lõge nobilissima operatio iustitiæ, excellentior q̃ ꝙ magistratus uindictam sumunt de aliis.

Quomodo aũt debeat quis peccatũ in seipso ulcisci, ostendunt hoc Doctores, q̃ttuor modis fieri.

Primo, ut uoluntatem habeat pc̃tm̃ uindicandi & iudicandi. Et hoc fit, quũ uoluntas sibi & aliis imperãs, ut ait August. imperat etiam intellectui, ut recogitet q̃ntum offenderit pc̃tm̃ istud diuinam maiestatem & bonitatem, quæ super oĩa erat diligenda. Inde iam concipit̃ odium pc̃ti.

Secundo, atq; hinc rursus emergit, tan ta displicentia peccati, ut cupiat se nūq̄ peccasse, tantūq; possunt sibi in uniuersum displicere omnia pctā ut uelit nūq̄ se irritasse & cōmouisse aduersus se Deū eiusq; precepta nunq̄ esse transgressum dicit Bonauentu.

Tertio. Ex illis hoc tertiū prouenit, ut uolens pœnam suscipiat peccati, operaturus in hoc iusticiā, siue oret, siue ieiunet, siue templa uisitet, siue elæmosynā largiat, siue abstineat, a uino, cibo, somno, & quicquid huiusmodi afflictionū siue penarum sustineat, ad emendationem peccatorū, omia aūt hec ultro paciat, & quasi cum gaudio. Nam iuxta Aug. lib. de Pœnit. quilibet peccator de peccato doleat; & de dolore gaudeat.

Quarto, Postremo operatur quis pœnitentiā, si uolūtariæ sustinet aduersitatem sibi obuenientē, neq; remurmuret, Et q̄uis tertia illa operatio magis Deo placet, qua quis ultro sibi pro peccatis suis pœnam assumit, q̄ ut pœnā ineuitabilis necessitatis paciat, attamē & hoc placet Deo, si uoluntati diuine,

suam

suam etiã quis cõformet, dicens in omni tribulatione & angustia, corde & ore fiat dñe uoluntas tua.

Sequit̃ ex hoc doctrina salubris, & plebeis hominibus sæpius inculcanda, ut quilibet Christianus studiose assuefaciat animũ suum, ad quascũq; tribulationes & aduersitates quas patit̃ suscipiendas pro pœnis peccatorũ, sicut preclare ait Chrisost. Si de copia rerum in penuriam cadis Deo permittente, Si ignis ingruens tuam substantiam absumpsit & totam domum tuam populatus est, & agis gratias Deo, qui ꝓhibere potuit, & non ꝓhibuit, tantã accipies mercedem, q̃ntam si omnia illa in pauperum manus erogasses. Doctrina hec pulchra sane, & desolatoꝶ mentes multũ confirmans, ideoq; bene obseruanda. Doctrina salubris aduersa ferentib9

Preterea ex hoc disces, non tantum quottidianas tribulatiões, sed & ipsam q̃ntũuis inæuitabilem mortem suscipere pacienter, eãq; Deo pro peccatis tuis offerre. Illa eñ sic uolũtarie accepta, est pœna sufficiens ꝓ pœna cuiuscũq; peccati uenialis. Et forte pro magna parte pœnæ debitæ pro mortalibus dimissis,

Nec obstat ꝙ est pœna necessaria, quia aliquis potest necessariũ uoluntarie acceptare. Hæc Sco. dist. 21. q̃rti, uide & Gersonem.

De tribus partibus pœnitentiæ.

Iuxta sententiã ecclesiasticã, & patrũ sctõꝝ dicta, tres sunt partes pñiæ. Contritio in corde, Confessio in ore, & Satisfactio in opere. Ratio. Quũ em̃ pñia iudiciario foro sit similima. Ideo primo conuenit fieri denunctiationem ad iudiciũ, & hæc conficit contritione, in qua peccator admonet sui cõmissi, quo creatorem suũ grauiter offendit. Deinde coram Iudice culpa ꝯfitenda est. Hoc fit in confessione. Postremo satisfaciendum est & pct̃m declinandũ, iuxta decretum iudicis. Hoc fit. Quando quis satisfactioné sibi a confessore iniunctam opere complet.

Alia ratio cur tres sint partes pœnitentiæ. Quia tripliciter offendimꝰ deũ. In corde per malas cogitatiões. Ore per turpia, falsa, & peruersa uerba. In opere. quando cogitationes prauas ip̃o facto implemus. Ean-

Eandem ratioñe habere debet Pharmacũ pñiæ, ut ait Chrisost. Perfecta inquit pñia, cogit peccatoré omnia libenter sufferre, superiori supplex est, inferiori subiacet, In corde ei9 contritio est, in ore eius confessio, in opere tota humilitas, Hæc est fructifera & perfecta penitudo.

perfecta penitencia quid facit

Dices, quid fides? negas fidem esse in pñia necessariã? Rñdeť non negamus id tametsi Luttherus menciať, tanꝗ negarem9 fidem in pñia esse necessariam. Nouimus eñ ꝙ sine fide imposibile sit placere Deo. Oportet eñ accedentem ad Deum credere quia est Hebr. 11. & ꝙ remunerator est bonoꝶ & querentiũ se. Scimus quoqꝫ illď Iacobi. 1. ꝙ postulare uolens aliquid a Deo, postulet id in fide, nihil hesitans.

Fidem ergo dicim9 esse necessariam, quæ est substantia id est fundamentum tocius ædificij Christiani.

Iterum dices. Quid ad Melanchtonem, qui duas ponit partes pœnitentiæ contritionem & fidem, probans per illď Marci. 1. Pœnitentiã agite & credite Euangelio, Rñdeť, hæc omnia errore ple-

Obiectio melanchtonis

na sunt,eo modo quo ipse confessionē & satisfactionē excludere conaṫ,nudámq; fidem astruere,quū tamē fides nihil minus sit q̃ pars pñiæ, quia fidem habent etiam mali,nullā agentes pñiam. Est autem fides quiddā p̄uium,omnem præcedens pœnitentiam.

Cæteꝝ q̃ isti aduersarij ueritatis tantope extollunt fidem,non faciūt hoc in eius laudem & honorem, sed ut sic oppugnent Ecclesiam & eius sacramenta, quo homines sic ex istis errorib9 persuasi,adiganṫ in p̄sumptionē & temeritatē.

Dicūt isti,aliquē puta esse absolutum modo credat,etiam si nullā contritiōm de peccatis habeat.

Aliter nos docuit Christi p̄cursor Ioannes dicens,Matth.3. Agite pñiam,& facite dignos fructus pœñiæ, Sic ille homines ad opa bona urgebat. Isti autem a bonis operibus dehortantur.

Beatus Iacobus tam uehementer est infensus eis qui sapiunt fidem sine operibus ualere ad salutē,ut etiam illos demonibus cōparet,dicens, Tu credis qm̄ unus est De9,bene facis,& demones credūt & contremiscunt Iacobi,2.

Am-

Ambrosi⁹,de Pœni. Audiant inquit qui agũt penitentiã,qũo agere debeãt, quo studio,quo affectu,qua mentis intentione,qua intimoꝝ concussione uiscerũ,qua cordis conuersione.
Ecce docet q̃nto labore agẽda sit pñia.

Fides ergo non est pars pœnitentiæ, sed fundamentũ est,& uniuersam ecclesiasticam structuram antecedens.

De initio Contritionis,& quomodo paratur contritio.

Contritio ut dictum est,est p̄ma pars pñiæ,& uocat̃ pœnitentia interior,seu cordis,quam a nobis Dñs exigit p Prophetã Iohelem.2.quũ ait. Scindite corda ur̃a.Hoc autem fit per contritionẽ.

Dices,qũo Contritio fieri debeat? Respondit August.Pœnitentia timore cõcipit̃,Psal. Initiũ sapientiæ timor Dñi. Quo autẽ modo ille timor concipitur? Respondent Doctores.

Pctõr, meminit sui,& commemorat multitudinẽ pctõꝝ,quib⁹ grauiter Deũ offendit,recogitat oẽs annos in amaritudine animæ suæ Isa.38. Reuocat ad memoriam, ꝙ ꝑ pctã gratiã Dei amiserit,

nit, recolit iram Dei immensam, conside rat pœnā gehennæ quā sit intolerabilis ubi cogit' priuat⁹ esse gaudio fœlicita tis æterne, nisi a peccatis suis desistat.

Et quū ita huic cogitationi est inten tus, ꝯmemorat q̄ntū incōmodi ex pc̄tō sit cōsecutus, uolens ea porro uitare, iā iam ip̄m pœnitet commissi, & querit re medium pœnitentiæ.

Vbi p̄mum illi occurrit passio Chri sti, & immēsa charitas in redimendo ge nere humano.

Tūc & Deus largit' ei grām, qua adiu tus cōcipiat odiū peccati, nō tantum ex timore damni qd' incutit pc̄m̄, sed ex amore Christi atq; iustitiæ.

Pœn̄ia ergo incipit a motione diui na cum timore.

Timorē duplicē esse

Est autē duplex timor. Vnus est serui lis, cū quis facere aliquid mali omittit tantū metu penæ, uel aliquid boni facit qd' non faceret nisi metueret pœnam. Alter est qui uocatur filialis, qn̄ aliquis quippiā facit aut omittit, non timore penæ, sed quia timet, ne illū offendat.

Exemplum, seruus timet aut uerbera, aut missionē, filius timet patrem ne of fendat.

Ita

Ita si quis a peccatis abstinet formidi ne pœne, hic timor seruilis est. Si autē quis abstinet, metuens ne Deū quē diligit offendat & grām eius amittat. Hic timor est filialis.

Exemplū August. sup. Canon. Iohan. Ponit duas uxores quæ adulteriū timēt Altera quidē timens uerbera & indignationē Mariti, alias futura ꝓmptissima. Altera uero amore castitatis & pudiciciæ erga Maritū, abstinet, uolens ea tantū facere quæ illi placeant. De dualꝫ uxoribus timētibꝫ adulteriū

Prior illa nollet Maritū diu esse presentem, absentem quoqꝫ metuit, ne ueniat ex improuiso. Hæc autē quæ maritū caste diligit & cū amore reuereť, cuperet eum semper adesse, metuens ne quo abeat.

Vtraqꝫ hæc uxor, timorem habet, sed inæqualiter, Quia prior timet ne ueniens Maritus ipsam uerberet, Posterior timet, ne abiens Maritus ipsam deserat. Ita res se habet in timentibus Deum.

De utroqꝫ isto timore dicit scriptura; De timore seruili diciť. 1. Ioā. 4. Timor non est in charitate, eo ꝙ perfecta charitas expellit timorem. De timore filiali

dicit Psal. Timor Domini sctũs perma- nens in seculum seculi.

Quisquis pñiam agit, utrumq; habet istum timorem, Primo seruilẽ, deinde per grãm Dei acquirit filialem.

Et quũ dictum est, ꝙ pfecta charitas expellit timorẽ. s. seruilem. Non est hoc intelligendum, sicut Neochristiani in- telligunt, q̃si timor penæ nõ possit sta- re cũ charitate, uix em̃ paucos ex multis milibus reperias, qui nõ metuant penã, adeo ut eos hæc retrahat a peccatis, Vbi quis forsan cogitare possit, ꝙ q̃diu in se senciat huiusmodi timorem, nõ habere se grãm & charitatem dei. Reñdit Aug. affirmãs quia timor locũ præparat cha ritati, quũ autẽ incipit charitas, expelli- tur timor.

Ita ꝙ ubicũq; est minus charitatis, ibi plus sit timoris. Quãto enim amplius charitas crescit, tanto plus timor decre- scit. Ergo nõ semel charitas expellit om- nem timorem, sed per successum tem- poris.

Timor ergo seruilis est iniciũ pœñiæ, Quãuis em̃ timor non ipsa pñia est, est tamẽ bonũ & magnum inicium eius.

Qui-

Quicũq; autẽ hic fixo pede nollet ulte- rius ꝓgredi ad charitatẽ, is sane mansu- rus esset in pñia Iudæ, qui seipm laqueo suspendit. Quicũq; autẽ ad charitatem usq; ꝑuenit, huic timor iniciũ efficitur suæ pœnitentiæ. Math: 27.

August. hunc timorem cõparat setæ suillæ, qua Sutores consuunt, nisi enim ea prius transmittat̃, filo null9 patebit ingressus. Ita hic, nisi prius timor perue- nerit in animũ hominis. charitas non sequetur.

Bonus est iste timor licet insufficiens Apl'us. 1. Timo, 1. Iubet pc̃tõres increpã- dos corã omnib9 ut cæteri timorem ha- beant, & sic timore pœnæ minus peccẽt.

Ita Baptista. genimina uiperarũ etc. Math: 3.

Hæc autẽ Contricio, quæ fit ex amo- re filiali, debet habere tria, Primo suffi- cientem discussionẽ pc̃tõrum & ꝓpriæ conscientiæ. Bonũ est autẽ consili- um, omni uespere se recolligere & discu tere qũo illo die uixerit, & si inuenit se peccasse, conteri de peccatis illis & dice- re has tres ꝓpositiones, in quibus con- sistit tota uirtus contritionis, ut ei pec- ad cõtriti: onẽ rectã tria requi: runtur.

ta dimittanẽ. Prima, Dñe doleo ꝙ peccauerim. Scđa, Domine a modo uolo abstinere. Tercia, Domine habeo ꝓpositum confitendi. Si hæc ex corde dixerit, remittenẽ ei pctã, nec dãnabiẽ si inconfessus moriẽ, damnareẽ tamen, si ꝓ loco & tempore ab Ecclesia instituto non cõfitereẽ, maxime pro illa negligentia.

Dices, Quid agendum est pro oblito pctõ mortali? Respondeẽ, In generali pro eo dolendũ, & in speciali de obliuione, quæ suæ negligentiæ est imputanda.

Secũdo, Contricio debet habere dolorem cordis. Multi sunt autem qui, de nonnullis ꝑsertim peccatis non conterũtur, ut quoꝝ peccata fuerũt lucratiua, ut usurarioꝝ, furum, Aleis ludentium, Lucrum turpe & iniustum cõsequentiũ, Similiter de stupris, de uindicta in hoste. De conuiuijs immodici sumptꝰ. De ira etc. Et interdũ de his se iactitant, Hi non uere cõteruñẽ. Debet eñ esse detestatio omniũ pctõꝝ, quia penitens debet punire in se pctã, dolendo, uel nolẽdo peccasse. Nec unum pctm̃ mortale sine alio remittitur.

Vtrum

Vtrũq̃ semp homo tenet de peccatis suis dolere? Rñdetur, Non semp, sed ꝓ loco & tempore, quia est p̃ceptũ affirmatiuum.

Tercio, Contritio debet habere ꝓpositum triplex. Primo ꝓpositũ cessandi a peccatis. Scđo, ꝓpositũ ea confitendi. Tercio ꝓpositũ satisfaciendi ꝓ eis.

Multa autẽ ab his uarios retrahunt, Primo cura temporaliũ, quæ causat inquietudinem mentis. Sicut in aqua turbida, non potest se homo conspicere. Scđo, ignorantia damni peccati, quia quod oculus non uidet, cor non dolet. Tercio, longa cõsuetudo peccandi, Bernard. plaga uetus dolorem non sentit. Quarto cõmunicatio cũ malis, Grego. Necesse est ut eoꝝ imiteris uitam, quoꝝ diligis conuersationem.

De Confessione.

Iam de Contritiõe dictũ est, quomõ necessariũ sit, ut quis conteratur animo, dolens de offensa Dei, ꝓponatq; se deinceps illa cũ auxilio gratiæ diuinæ pro uiribus euitaturum.

Altera ergo pars pñiæ, est Confessio, hanc semp exegit Deus ab homine, quã do etiam si more mũdano de hac re loquamur, nullus Princeps cuiq̃ remittit noxam, uel grãm donat, nisi confitenti delictum, iuxta illud Prouer. 28. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui autẽ confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur & inueniet grãm.

Vt autem materiam Confessionis ex ipsa radice excuciãus, consultũ est ostendere, a prima p̃mi peccati origine ppetuum confessionis concursum, quãuis non eodem semper modo.

Principio itaq; constat, q; omni tempore pctõr, eo q; peccatis suis Deũ offenderit, huiusmodi pctm̃ coactus fuit confiteri, seq; reũ accusare, maxime per internam cordis confessionem, Quũq; a primeua origine, mundus uniuersus usq; ad finem, triplici lege regatur. Vbiq; hic confessionem suo quodãmodo in usu fuisse ostendemus.

Primo in lege naturæ, ip̃a ratio dictat et urget conscientia, ut quisq; se coram deo profiteatur pctõrem. Sic Paulus ad Roma. 2. dicit, q; gentes quæ legem nõ habent

habent, ipsi sibi sunt lex, Opus legis est scriptũ in cordibus eorꝫ testimonium reddente illis conscientia ipsorꝫ, & inter se inuicem cogitationum accusantium.

Sed uideamus scripturam, quæ hoc clarius monstrabit, Statim post peccatum Adæ, quũ ille se occultasset una cũ Eua, dixit ei Dñs, Geñ. 3. Adam ubi es? testat̃ ibi Glo. hæc uerba esse increpantis, & ad confessionem urgentis. Non ꝙ Dñs nesciret, ubi nam esset Adam. In primo ergo illo pc̃tõre, dare uoluit omnibus pc̃tõribus formulam confitendi seipsos pc̃tõres, neq; imitandi ueterem istum Adam, qui nulla ratione uolebat cõfiteri delictum, sed meditabat̃ excusationem & translationẽ criminis in Mulierem, ideo eum Dñs cum tota posteritate grauiter afflixit.

Idem fecit De9 in altero pc̃tõre Cain quem post patratũ fratricidium etiam Dñs ad huiusmodi confessionẽ alliciebat, dicens, Vbi est Abel frater tuus? sed ille noluit confiteri delictum, negans etiã, atq; ibi iniquius fecit pr̃e suo. Ideo increpauit eũ Dñs acriter, ꝙ cõfiteri renueret.

Sem-

Semp itaq; fuit necessaria hæc interna cõfessio eaq; sæpe uti debet quilibet homo, præcipue uero Dominicis festisq; dieb9, recolendo quib9 in rebus offenderit Deũ, habeatq; tunc ꝓpositum etiã sacramentalem confessionem faciendi tempore ab Ecclesia constituto.

Sed in lege Mosaica nõ parũ accessit confessio, quia ꝑter illam internam cõfessionem cordis quæ fuit in lege naturæ, triplex adhuc erat confessio in lege scripta seu Moysi. Prima erat generalis, quã Sacerdos faciebat pro omnib9 peccatis tocius populi Israel. Hanc precepit Dñs, Leui. 16. Postq̃ emũdauerit sanctuarium, & tabernaculũ & Altare, tũc offerat Hircum uiuentem, & posita utraq; manu sup caput eius, cõfiteaꝛ oms iniquitates filiorũ Israel & uniuersa delicta atq; peccata eoꝝ, quæ impcans capiti eius, emittet illum per hominé paratum in desertum.

Hanc confessionem fecit Neemias in ciuitate Susis. Neemie. 1. dicens. Queso dñe Deus cœli fortis, magne atq; terribilis, qui custodis pactũ. atq; misericordiam is qui te diligunt & custodiũt mãda

data tua, fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, ut audias oratiõem serui tui, quã ego oro coram te hodie, die ac nocte pro filijs Israel seruis tuis, & cõfiteor ꝓ peccatis eorꝶ, quib⁹ peccauerũt tibi Et ego, & domus patris mei peccauimus etc.

Altera confessio Mosaica non uerbis fiebat, sed ip̃o facto exhibebat. Instituerat em̃ Dñs sacrifitia distincta pro diuersis generibus peccatorum. Leui. 4. 7. 6. Vt si quis peccasset ex ignorãtia, si quis periurium, furtum, rapinam aut simile quid designasset, iam quũ aliquis sacrificium faceret & offerret, statim deprehendebat Sacerdos (Leui. 13. & 14.) cui generi pctõꝶ esset obnoxius. Tercia Confessio erat Typica, & fiebat in Leꝓsis, qui q̃ttuor signa Lepræ habebant, in capillis, in cute, uestitu & in domo, quæ figuræ erant huius Lepræ, quam ex pctis contrahit anima. Fit autẽ & pctm̃ 4. modis, Cogitatione, Ore, Facto & cõsuetudine.

In tercia uero Lege Euangelica, quæ est lex graciæ instituit nobis Dominus Iesus confessionem secramentalẽ oris,

quæ

quæ fieri debet Sacerdoti, cum enume-
ratione omnium peccatorum.

Fuit auté, ut, nūc quidem apparet, cō
fessio in lege naturæ in cordé, Sub lege
Mosaica in corde & opere, Nūc uero in
lege Euangelica, in corde, ore, & opere,
Ita nimirū uerissimū est ꝙ Dei perfecta
sint opera in ordine. Nam diuina sapi-
entia in opere ordinate ꝓcedit a mino-
ri ad maius, ab impfectioribus ad per-
fectiora, hoc etiam satis patet in sacrifi-
cioꝝ genere. Ecce enim in lege naturæ
admodū leue erat sacrificiū, quoniam
quod cuiq; inspirabat Deus, hoc offere-
bat, ut Abel ex agnis, Cayn de fructibus
terræ, Gen̄. 4. Sed in lege Mosaica mul-
to exactius ritus sacrificioꝝ sunt expssi.
Vnde scz fierent, & quibus temporibus
& qua forma. Nunc uero in lege gratiæ
supuenit oblatio longe pfectissima sa-
cratissimi corporis Christi. Vsq; adeo
creuit sacrificium a fructib9 Cayn, & ag-
nis Abel, usq; ad filium Dei.

Similiter est de Baptismo, multis em̄
baptismatibus utebant̃ Iudei in ueteri
lege Leuit. 13. 17. sicut Paulus testat̃ ad
Hebre. 9. Sed his omnib9 accessit Bap-
tismus

tiſmus Iohannis, non Paulo pfectior, Tandem pfectisſim9 omnium datus eſt Baptiſm9 Chriſti, in quo renaſcimur ſpiritualiter ex aqua & ſpiritu, efficimurq; filij Dei.

Nemini igit̃ mirum fieri debet, eodẽ etiam modo creuiſſe confesſionẽ, ita ut in pfectisſima lege ſit & cõfesſio pfectisſima. Decebat em̃, ut in regno ueritatis, pctm̃ perfecte manifeſtaret̃, Nam in nulla alia lege lux ueritatis fuit ſplendidior, q̃ in hac Euangelica, Rationẽ huius uidere facillimũ eſt. Prius enim q̃ ueniret Meſſyas Chriſt9 mediator, nulla adhuc pfecta erat reconciliatio pctõꝝ cum Deo, unde neq; mirũ eſt, non fuiſſe tũc aliquam pfectam confesſionem.

Ideoq; ſicut Iohannes Baptiſta uiam Dño pparauit in Baptiſmo & doctrina ita etiã in pœñia, quoniã hoc eſt quod Iohannes perhibet Matth. 3. Homines Baptiſatos eſſe in Iordane a Iohanne & confeſſos pctã ſua. Ea enim confesſio, non tantũ fuit in corde, quia ſic quid p fuiſſet exire in deſertum ad Iohannem? Sctũs quoq; Anthoni9 refert quoſdam ex Iudeis Doctores aſſerere, quia ſi inuenerins

nerint aliquando Sacerdotem de tribu Leui, tunc etiam oris confessionē faciūt ante mortem.

Cæterū ,ppter scripta Doctorū, ut ea meli9 intelligant̃, sciendū est, ꝙ in primitiua Ecclesia triplex fuit pœnitentia in usu, solēnis, publica & priuata.

Solēnis pœnīa imponebat̃ in grauissimis & manifestis delictis, hanc cogebat̃ homo facere longo admodū tempore in summa abstinentia, Et durabat interdum ad tres annos uel ultra. 12. q. 2. de uiro. Et a solo Episcopo poterat absolui.

In Concilio quoqꝫ Agathensi ad longum declarat̃ quomodo in hac pœnitentia debeant omnia seruari. 33. q. 2. Latorem, hæc refrigescente hominū charitate simul elanguit.

Hæc pœnīa non erat reiterabilis sicut docet Origenes Homil. xv. Leuit. Et August. ad Macedoniū, Deinde nulli imponebat̃ presbitero. Imo si quis hanc aliquando fecerat, iam idoneus non erat ad sacerdotiū, ut Sirici9 Papa, Leo quoqꝫ & nonnulla Concilia statuerunt.

O quantus tunc rigor.

Vide

Vide teporem nostrũ, nihil pro pecca-tis uolumus sustinere ideo quia in nos nullã suscipim⁹ pœñiam tot nobis un-diq; plagas & infirmitates Deus immit-tit, ut sit uerum. 1. Corin. 11. Si nos iu-dicaremus non iudicaremur.

Scďm genus pœñiæ dicebať publicũ, fiebatq; in conspectu tocius Ecclesiæ, ꝑpter aliqď enorme pc̃tm̃, Sicut etiam nũc homines peccatores, in grauibus ca-sibus detenti, ut homicide, incendioꝝ autores, meretrices etc, ad pœnitentia-rios remittũť, & in Ecclesijs Cathedrali bus coguntť agere pœñiam in die cenæ Domini, ubi ꝓuidere decet confessorẽ, ne ꝑ peccatis occultis alicui pœnitenti-am iniungat publicam, sed publicis tan tum delictis & grauitati illorum.

Tertia pœñia est priuata, quæ priua-tim fit Sacerdoti a quo & pœnitens ab-soluetur.

Quod Confessio sacer-doti facienda sit de iure diuino.

Confessio Sacerdoti, est de iure diui-no a Christo Dño instituta, in die Pa-schæ, quãdo apparens discipulis, ex suf-

Joh: xx. flando dixit, Accipite Spiritũ ſctm̃, quorũ remiſeritis pctã, remittũť eis, & quorũ retinueritis, retenta ſunt.

Ecce hic Chriſtus Dñs, Apoſtolis & eorum ſucceſſorib⁹, dedit ptãtem remittendi pctã atq; retinendi. Neutrũ autem poteſt facere Sacerdos, ſi neſciat ante, rationem delicti. Niſi em̃ confitens ipſe ſingula oſtendit pctã, quõ diſcernere poterit Sacerdos inter ea, quæ remittenda ſunt aut reſeruanda?

Ideo Auguſti. C. de pœñia diſt. 1. dicit. Agite pœñiam qualis agiť in Eccleſia, ut oret ꝑ uobis Eccłia, Nemo dicat ſibi, in occulto ago, apud Deũ ago, nouit Deus qui mihi ignoſcit, quæ in corde ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt, Quæ ſolueris in terra, erũt ſoluta & in cœlo? Ergo ſine cauſa claues datæ ſunt Eccłiæ Dei? Fruſtram⁹ Euangeliũ Dei, fruſtramus uerbum Chriſti?

Math: xvi.

Et ideo uideam⁹, quã ꝓclare a Chriſto ꝓmiſſe ſint claues, & cũ quãta maieſtate traditæ. Primũ em̃ eas Dñs ꝓmiſit Petro, Matth. 16. dicens, Tibi dabo claues regni cœlorũ, quæcũq; ligaueris ſup terram, erunt ligata & in cœlis, Et quæ

cum

cumq; solueris sup terram, erunt soluta & in cœlis. Et q̃uis tam exacte Dñs claues ꝓmiserit Petro, denuo tamen omnibus Apostolis est eas pollicitꝯ, Math. 18. Quæcũq; solueritis sup terram erũt soluta & in cœlo etc. Deinde id quod ꝓmisit, exhibuit, quando in die resurrectionis insufflauit dicens, Accipite spiritũsc̃tm̃, quorũ remiseritis etc. Ex qua insufflatione, & datione Spiritussancti, ex qua etiam tocies promissiõe clauium apparet ꝗ hæc potestas clauiũ magnus & preciosissimus sit thesaurus Ecc̃liæ. Ioh: xx.

Et ne quis dicat, Soli Deo confitebor Ecce etiam & btũs Iacobus cap. v. suæ canonicæ, concordans cũ Christo Domino dicit. Confitemini alterutrũ peccata uestra, q̃si dicat, Non soli Deo, non Angelis, sed homo homini confiteatur. Ecce Iacobus promulgauit confessionẽ quã Christus instituit. Et q̃uis idem Apostolus non exꝑmat exacte ꝑsonã Sacerdotalem cui sit confitendum, tamen ex Euangelio satis constat Iohan. xx. cui nam tradiderit Dominꝯ ꝑtãtem clauium, quia Sacerdotibus.

Et licet Hæretici dicant hæc uerba Ia-

obijciut heretici

cobi debere referri ad confessionem fraternam, quũ alter alteri mutua fretus amicicia, pc̃tm̃ suũ manifestat. consilium ab eo petens & consolationẽ tam in laicis, q̃ in Sacerdotib⁹, hoc tamen fingũt ex proprio capite, citra scripturarũ testimonium, & preter rationem.

Tempore aplor̃ confessio fuit

Hæc Confessio etiam tempore Apostolorũ iam fuit, sicut Actor. 19. dicit̃, q̄ p̄dicante Paulo Ephesijs, multi uenerũt confitentes & anũciantes facta sua. Confessionẽ hanc Ciprian⁹ & Greg. nõ aliã intelligunt, nisi hanc ipsam quã utitur Eccl̃ia, Habuerũt hij qui ita cõfessi sunt Exemplum p̄uium a Iohanne Baptista cui homines cõfitebant̃ pc̃tã sua Mar. 1.

De hac confessiõe Doctores sancti p̄meue Eccl̃iæ in scriptis suis sæpissime disseruerũt, unde Chrisost. Homil. x. su. Matth. Tempus confessionis incumbit his quoq; qui Baptisma consecuti sunt. Alijs quidẽ, ut post patentia criminum uulnera pœñia interueniente curentur, & ad sacra misteria redire mereant̃. Alijs uero ut eam quã post lauacrũ cœleste conceperunt maculam diluentes, ad Dñicam mensam, mũda iam conscientia securaq; conueniant. Aug.

Auguſt. de pœnĩa. Qui confiteri uult peccata, ut inueniat grãm, querat Sacerdotem ſcienté ligare & ſoluere, ne quũ negligens circa ſe extiterit, negligat ab illo, qui eũ miſericorditer monet & petit.

Auguſt. li. 2. de uiſitatione infirmoꝝ. Sunt q̃dam qui ſufficere ſibi ad ſalutẽ autumant, ſi ſoli Deo, cui nihil eſt occultum, quem nullius conſcientia latet, ſua crimina confiteant̃, Nolunt enĩ aut erubeſcunt, ſiue dedignant̃ ſe oſtendere ſacerdotibꝰ, quos tamen inter Lepram & non Lepram diſcernere per legiſlatorẽ conſtituit Dominꝰ. Sed nolo ut illa decipiaris opinione q̃tenus confundaris confiteri coram Dñi uicario tabeſcens pre rubore, uel ceruicoſus pre indignatione, Nam ipſiꝰ humiliter ſubeundum eſt iuditiũ, quẽ Dñs non dedignat̃ ſibi uicarium, Ergo ad te uenire roges Sacerdotem, & fac ipſum conſcientiarum tuarum penitus participẽ, Non te ſeducat ſupbientium illa ſupſtitio quæ in uiſitãdo confirmat, quia ſaluat Sacerdote incõſulto ad Deũ pctõꝝ cõfeſſio. Hæc ille.

Ecce, qũo antiqui Doctores ubiq; huius cõfeſſiõis meminerũt.

Dices. Quare Christus Domin9 sacrã confessioné instituit? Respondet. propter utilitatem maximam quæ animabus ex confessione obuenit.

Vtilitates Cõfessionis.

Prima utilitas Confessionis est, cognitio peccati. Sunt eñ qui per etatem, uel p imperitiam, non intelligunt morbum, errore iudicantes, nullũ esse pctm; quod est capitale. Econtra, putant crimen esse, quod non est. Aut si intelligũt sic inuoluti sunt, ut nesciant se explicare, mox Sacerdos succurrit, uelut perit9 medicus, docet esse pctm, ubi esse nõ credebat, confirmat frustra trepidantem, pplexis dat doctrinam, qua possit morbus excuti.

Scda utilitas Confessionis est, Confessio medet pctõri, ne habeat securitatem, aut gloriationẽ de peccatis, aut desperationem de diuina clemẽtia. Nam sunt quedã pctã, quæ habent gloriã tacitam ut stupratio formosaꝝ, Alea, uindicta in hoste, conuiuiũ immodici sumptus, Lucꝝ turpe & iniustum Ira etc. De his plerũq; solent gloriari, Econtra sunt talia

talia pctã, quæ natura & sensus odit, ut parricidiũ, infanticidium, libido cõtra naturam, furtũ, ueneficia, blasphemiæ, etc. In his plerũq; desperant, quod malũ omnibus malis est maximũ quia qui desperat, negat Deũ esse bonum, & clemẽtem, negat ueracem, omnipotentem. Hic ergo Sacerdos in confessione erigit ad spem ueniæ. Illũ autem qui securus est, & gloriat̃, non existimans esse pctm̃ ubi est, deprimit, & inducit in timorem & dolorem.

Tertia utilitas, quia confessio ad humilitatem inducit peccatorẽ, quia nullo alio meli⁹ frangit̃ sup̃bia, q̃ confessione, quæ quidem sup̃bia totum inficit, & destruit, Hæc luciperum cum infœlici grege e cœlo deiecit. Hæc Adamum qui affectauit eq̃ri Deo paradiso detrusit. Esa: xiiii Gen: iii.

Hæc nunc quoq; multos prosternit, Tunc sic, Sicut p̃mus gradus ad impietatem, est sup̃bia, animus in se fidens. Ita p̃mus gradus ad recuperandã pietatem, est animus sibi prorsus displicens, & Deo se submittens. Nulla autẽ potest esse maior submissio, q̃ ut homo se spõte submittat ad pedes hominis eiq; prodat,

dat, non solum facta, sed & cogitatiões suas, summo pudore. Et cum frangitur supbia mox & inobedientia frangitur, & sic omnia pctã. Et isto modo facile se homo pudore cohibet in posterũ, ne facile recidiuet in pctã. Sicut pueri uerberibus & pudore docent cauere, ne quod semel deliquerunt repetant.

Quarta confessionis utilitas, quia facit quietam conscientiam. Sunt tales, qui non habent requietam conscientiã, adeo imbecilles & infirmi, ut nec in leuioribus pctis ausint sibi ueniam polliceri nisi p sacerdotem cũ dat absolutio.

Quinta, q confessio facit cognoscere seipm. Precipua pars sapientiæ est, ut homo noscat seipm. Hoc nulla res magis pstat, q̃ confessio, quæ totũ hominẽ sibipi ante oculos ponit, excussis omnibus latebris conscientiæ suæ, dum considerat, quotiens Deum offendit, q̃nta mala ppetrauit, q̃uo sit ad malũ propẽsus, & tunc cõponit se ad eum statum, in quo se cuperet esse in agone, Ecce utilitates confessionis.

Qualis debeat esse Confessio.

Hæ

Hæ sunt q̃litates confessionis seu cō-ditōnes. Primo, decet ut confessio sit ponderata & recogitata frequenti & diligenti deliberatione, Quilibet eñ ante confessionē suam, accurate euoluere debet librum suæ conscientiæ, atq; in eo pctã sua recolere, ut possit illa corã Sacerdote facili9 commemorare, Nam cōfiteri nihil aliud est, q̃ Deo rationem uitæ suæ reddere.

Videmus autē q̃ curiose Mercatores & negociatores oēs, omnia ad calculũ uocent, quociens supputent, ne alicubi fallanẽ. Quãto diligentius oportet peccatorem debitorum suorũ Catalogum euoluere, ut sic plenam faciat rationem de peccatis. Hoc docet Dauid in Psalm. iniquitatem meam anunciabo, & cogitabo pro peccato meo.

Nam si quisq; tanto studio meminit eorũ, quæ alicui credidit, temporalis lucri gracia, q̃nto studiosius ad salutem animæ suæ elaborare debebit, quæ ex cōfessione pendet, dicente Dño Matth. 16 Quid ꝓdest homini si uniuersum mundum lucreẽ, animæ uero suæ detrimentum paciatur?

Dices, Quãtam oportet esse hanc diligentiam? Rñdet. Talis debet esse diligentia, q̃lem quis adhiberet in re maxime seria, ne sit ignaua & negligens, q̃lis est Thrasonũ quorũdam quos piget etiam horulã unicam ad hoc collocare. Non ludicra enĩ est res Confessio, qua peccata abijciunt, & animarum salus acquiritur, quoniam hæc sunt tanta, Ob quæ Dei filius fact9 est homo, descendens de cœlo, crucifixus & mortu9. Quod si hæc res est tanta, quis nõ summã impendat diligentiam? Quis non imitet Ezechiam dicentẽ, Esaie. 38. Recogitabo omnes annos meos etc.

Dices. Impossibile est mihi, ut omnia pctã confitear, Nam aliquorum sum oblitus, ita ut non possim ea recogitare amplius. Rñdet. Peccata oblita & occulta de quibus non constat, nemo tenet confiteri, nisi in communi, quando in fine dicit confitens. Confiteor me reum omniũ peccatorum, oblitorum & occultorũ, quæcunq; admisi opere, uel obmissione. Quilibet tamen diligentiã omnem sedulo debet impendere, ut pctã oblita possit ad memoriam reuocare.

Quomô autē id fieri debeat & possit, docent Doctores, Primo ut penes tempus aliquis pctā recogitet, ut quid egerit post festa Paschæ, Pentecostes, Ioannis Baptiste etc. Et sic ab uno festo ad aliud hoc modo facile reducet ad memoriā peccata latentia & oblita. modus in memoriā adducendi peccata

Scđo pponat ante oculos sibi statū uitæ suæ omnesq; occupationes & negocia sua, artificij uel stat⁹, an ibi quoq; cōmiserit aliquid quod sit confessione dignū. Tertio ponat ante oculos, loca in quibus sit conuersat⁹, quid ubiq; fecerit. Quarto cōmemoret psonas cum quibus sedulo uersatus est, inde meminerit quid cum singulis gesserit. Quinto ponderet illa peccata diligenti⁹ quibus se sentit magis obnoxiū, puta, luxuriam, ebrietatem, fraudem, calumniā, superbiam etc. Sexto. Sic autē apud se instituat confessionem, pcedat in recogitatione pctōꝝ per ordinem decem p̄ceptoꝝ, deinde septem mortaliū peccatoꝝ, Item quinq; sensuum, eodem plane ordine confiteať etiam singula, sicut ante secum ipse commemorauit. Septimo, facilis esset pctōꝝ recogitatio, si

erit crebra confessio, ut si quis confiteať singulis festiuitatibus maioribus Christi & beate uirginis. Frequens em̃ Confessio animam purgat, auget gratiam, prebet homini distinctam pc̃tōꝝ cognitionem, Amara quidem res uidetur esse confessio propter sṗbiam nostram, & quia non libenter ipsi nos reos scelerũ nostroꝝ ꝯfitemur, sed tamen utilis.

cautela observanda e

Duo tamen hic sunt obseruanda secũdum doctrinam Gersonis, Vnum est, ꝙ in recogitatione pc̃tōꝝ homo nõ debet nimis diu immorari, maxime in cogitatione peccati carnalis, ire, aut odij, quia sic facile noua possit exoriri tentatio, qua quis seipsum denuo ꝓuocaret ad turpem uoluptaté, aut iram, Scd̃m, ut confessurus sibi ꝓponat in animo, se omnia peccata uelle ꝓ uiribus ꝯfiteri.

Secdam qualitatem confessionis explanat

Secũda conditio confessionis est, ut fiat cũ dolore & amaritudine cordis, sic ut homo recolat omnia pc̃tã sua, quib⁹ uelut uno fasce colligatis doleat, se tot tantisq; peccatis grauiter offendisse Deum, Aduersarij ueritatis dicunt pœñiã esse debere iucundam & gaudio plenã, quod & sacris lr̃is, & rationi aduersatur, deinde

Obviunt heretici

deinde naturæ & uocabulo pœnitentiæ contrarium est.

Ezechias aliter loquit Isa.38.Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et Dauid. Poculũ meum cum fletu miscebam. pō·ci·

Item omnes Psalmi pœnitenciales plenissimi sunt amaritudine & fletu, ut cũ dicit, Lauabo per singulas noctes lectũ meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. ps. vj·

Idem docet Hieremias pctõrem, ut cum dolore pœnitentiam agat, Hier.6. fac tibi planctum q̃si sup unigenitũ.

Et Iohelis.2.Conuertimini ad me in ieiunio & fletu & planctu.

Preterea, Petr9 post negatũ Dñm fleuit amare & obtinuit ueniam. math: xxvi·

Vocabulũ quoq; idem ostendit, Nã pœnitere dicit q̃si pœnam tenere, ut dicit Augusti. Quicqd autem penale est, dolorem incutit & amaritudiné, Non tñ necesse est habere lachrimas sensibiles, licet bone sunt.

Tertia conditio cõfessionis est, ut sit humilis Quãdo enĩ peccator iam omnia delicta sua recogitauit quæcũq; cõmisit, Tercia cõditas confessionis

misit,

misit,& seipso toto excusso, iam dolorem sibi concipit ex animo suo, tūc cū omni humilitate abeat ad Sacerdotem, exhibeat se ei humilem, peccata sua pudice & uerecunde cōmemoret, non temerarie pcipitando effuciat, q̄si paruifaciens, Ea humilitas cum uerecundia cōiuncta in confessione, optima est, quia partem pœnæ auffert pro peccatis debitæ, sicut satisfactio, Pudor tñ ille non sit nimius, ne pro eius magnitudine taceat, qđ dicendum erat.

ultima qualitas confessionis

Quarta conditio, ut sit integra, ut ne quis aliquid sciens occultet ex uerecundia, uel q̄cūq; alia causa, Iuxta illud Augustini, ponat se pœnitens omnino in potestate Iudicis, in iudicio Sacerdotis, nihil reseruans sui, Quicquid em̄ celabit id omne simul reuelabūt Angeli in die iudicij. Si ergo occultat, ipse damnationem sibi ascissit.

Demon huiusmodi homini qui celat pudorem ingerit, ut uereať ipse suā prodere culpam, quoniā ille in peccato eximit homini uerecundiā, ut citra pudorem peccet, in confessione auté uerecundiam ei restituit, ut pct̄m non confiteatur.

Nam

Nam Demones hominem infestantes, triplices sunt, Alij occludunt cor, ne contritionem habeat, alij obstruunt os ne confiteat, alij peram, ut bona iniuste parta non restituat.

triplices sunt demones q impediunt confessione

August. sup. Psalm. O homo quid times confiteri? illud quod p confessionem scio, minus scio, q̃ quod nescio. Cō fitere homo pctōr homini peccatori. Elige quod uis, si confessus lates, nō confessus damnaberis.

Cur igit̃ celas? Iudiciū hoc est occultissimum qđ fit in terra, ex iure naturali, diuino & humano. Tam occulta est confessio, ut requisitus confessor ad iuramentū libere possit iurare, sibi nihil de eo constare. Aliud est enim iudicium Dei, aliud hominū, Neq; is interim iurat inique, quia coram externo iudice, & in illo foro sibi nō constat, sed quicquid sup hoc scit, hoc ipm scit loco dei.

Ergo celanda est summope confessio nec uerbo, nec signo reuelanda. Etiam si confitens libere permittat confessori aliquid dicere uel prodere, non faciat confessor, Quicqd dicat Innoc. Panor. Tho.

confessione sacerdos zelari

Tho. Petrus de Palu. Si autē confitens urgeat ut reuelet, moneat confessor ut extra confessionem idem ei dicat, & tūc reuelabit.

Sit ergo Confessio, integra, alioquin oportet reiterare Confessionem, Nam q̄ttuor sunt casus in quibus necesse est reiterare confessionem.

quattuor sunt casus quibus confessione debet iterari

Primus casus, Cum quis ex ꝓposito celat aliquod delictum mortale, aut diuidit confessionem, tunc nec de ceteris absoluiť. Nisi statim rediret ad cōfessorem, & ille adhuc in recenti memoria haberet pctā sibi ab eo confessa, tunc nō est necesse pctā confessa reiterare, sed cōfiteať tantū ꝓpositum malum.

Scd̄us casus, si homo ficte confitetur, habens ꝓpositum peccandi, uel si saltē non atteriť de peccatis, quia non omnia preterita sibi displicent, immo aliquod placet commisisse, ut quia tenet alienū, quod non uult pro posse restituere, Aut habet inimicicias uel rancorem ad proximū, nec uult dimittere. Aut habet ꝓpositū in futuro cōmittendi aliqd̓ peccatum mortale.

Tertius casus scd̄m aliquos, contemp

tus

tus ſatisfactionis ſibi iniunctæ,& ab ip-
ſo ſuſceptæ.

Quartus,ſi confiteť Sacerdoti nõ ha-
benti poteſtatem abſoluendi, uel ſi ſcit
confeſſorem rudem & indoctum,& ha-
bet peccata magna intricata,quia Mat-
the.15.diciť. Cecꝰ cecum ducens,ambo
in foueam cadent.

Hic quæſtio, Quid agendum Catho-
licis hoc tempore qñ hæreſes inſurgunt
in his locis,ubi non ꝑmittiť eis,ut mo-
re Eccleſiaſtico confiteanť & communi-
cent,An Hæreticis ſacrificulis debeant
confiteri,& ſacramentum ab eis accipe-
re,aut pocius ſine ſacramento mori?

Reſpondeť. Baptiſmꝰ in caſu neceſ-
ſitatis poteſt accipi ab Hæretico,ſi uide-
licet non eſt aliquis Catholicus,qui bap
tizaret. Et pocius Laicus Catholicus,ſi
eſt,baptizaret,q̃ Sacerdos Hæreticus.

Sacramentũ Euchariſtiæ, nullo mo-
do ſuſcipiať ab Hæretico.

Pœnitentia autẽ,Si incumbit pericu-
lũ ſeductionis,uel magni ſcandali,quia
ſcilicet inde poſſint gloriari hæretici co
ram ſimplicibꝰ,ſuæ ſectæ aliquid acceſ-
ſionis eſſe factũ,nemo Chriſtianus de-

F bet

etiā de hoc meminit in li: iii · ca° xxxi dyalogorum

bet suscipere sacramentum pœnitentiæ sed se pocius cōmittere diuinæ miseri= cordiæ, cum tali fiducia, q̄ summus il= le pontifex, & Sacerdos Christus ipsum sit absoluturus. Sicut btūs Greg. cōmen dat Ermigildum. 24. q. 1. c. cepit. Filiū Leogilli Regis Gottorꝝ in Toleto His= paniæ, quē pater captiuū cæperat & de= tinebat, eo q̄ consentire nollet in Hære= sim Arrij. Tempore autē Paschali, mise= rat ei in carcerem Episcopū Arrianum, a quo sacramentum susciperet, sicq̄ re= conciliaret patri. Ille autē renuit & exp brauit Episcopo impietatem erroris sui unde pater precepit eum occidi.

Extra periculum autē scandali, potest homo imminente morte, & deficiente Sacerdote Catholico confiteri etiā Hæ= retico, & absolui, quia potestas clauis, li= cet in tali sit ligata, tamen in tali casu necessitatis, nō credo, quia necessitas nō subiacet legi positiue, uide Angelum in summa. confess. 3. Sermo. 2.

Et quia confessio debet esse integra ut dictum est, ideo sunt etiam confiten= de circumstantiæ, quæ trahunt peccatū in aliam speciem, ut si quis furat in tem plo,

plo,iam est sacrilegium,Si quis luxuriã committit cũ Maritata aliena, iam est adulterium.

Similiter cõfitende sunt circũstantiæ aggrauantes. Aggrauantes autẽ circumstantiæ sunt istæ.

Aggrauat.

Primo,Ordo, quia peccare cũ pſona sacra grauius est,q̃ non sacra.

Secundo tempus, Nam quo Temp9 sanctius,eo maius peccatum.

Tertio,Locus. Nam peccare in loco sacro,grauius est,q̃ non sacro.

Quarto,Numer9,quotiens scz,debet hoc in confessione indicare,si certo scit deploret tociens repetitũ esse pctm̃, ut numerus effugerit memoriam eius.

Quinto Magnitudo. Nam sicut tenet confiteri furtum,ita tenet ostendere,quantum damni per hoc fecerit ꝓximo.

Sexto,Si offendit Viduam,pupillũ, inopem,uel aliquem in potestate positum,hæc aggrauant.

Septimo,Si citra tentationem exteriorem propria malitia se ad peccandum prouocat.

Octauo, Si longo tempore in peccatis mansit.

Heæ aggrauatiões, multum sunt considerande quas licet non perinde rudes possint pscrutari, qui tamen intellectu ualent, debent pro sua capacitate hæc euoluere & confiteri, Vide August. li. de Pœñia. cap. 14. Dicit ibi. Omnis hæc uarietas confitenda est.

Siue qualitas

Quinta conditio confessionis est, ut sit accelerata. Nõ eñ differenda est pœnitentia & confessio. Sunt autem qui ptrahunt pœñiam, uel animo peruerso & more Hæretico, uel ex ignauia, paruipendentes omnia diuina, uel ex nimia sollicitudine circa temporalia. Hij se multum decipiunt dupliciter. Primo, quia sperant se longe uicturos. Secũdo, quia non considerant, q pœñia sera raro uera, immo periculosa, Nemo quidẽ desperand9 est dum uiuit, non caret tñ periculo dum differt. Et hoc propter multa.

Pœna non est protrahenda usque in mortem Et quare?

Primo, Quis eñ certus est, ne subita morte preueniat? quod absit. Secũdo, Quis scit, si non opprimet huiusmodi ægritudine, qua amittat usum rationis,

&

& sic non sit capax pœnitentiæ? Tertio potest homo incidere tale periculũ, ubi aliud ei non sit meditandum, nisi qũo mortem effugiat, ut in aquis, incendio, ruina seu lapsus in conflictu.

Quarto. Interdum dolor egritudinis potest esse tant9, ut non multum homo cogitare possit de pœñia, Vnicũ em̃ cor homini est, & urgente dolore, undiq; in omnibus membris, non multum uacat meditari pœñiam & confessionem.

Quinto, circa mortem, uaria fiunt impedimenta apud diuites presertim, urgent Testamentarij. Instant Hæredes de bonis temporalibus. Medici laborant circa sanitaté corpis, Vxor & Liberi pollicent sanitatem. Et si quis uelit monere infirmũ, dicens. Ecce per totam uitá pressus es multis negocijs, multa in potestate tua fuerũt, de quibus nunc restat ratio coram iusto iudice, cõciliare deo. Mox adulatores dicét, Quid tu tibi uis? Non sufficit dolor corporis? Cur addis afflictionem afflicto?

Properemus ergo fratres ad pœñiã, ad confessioné dum dat hora & temp9. Damnati in inferno faciunt confessio-

F 3 nem

varia impedimenta in morte

nem, dicentes, Sapien. 5. Quid nobis ꝓ-
fuit ſupbia? Aut diuitiarum iactantia quid
contulit nobis? Sed hæc cōfeſsio nihil
ps, vi. confert eis, quia dicit Pſalm. In inferno
autē quis confitebit tibi? Nunc igitur
ꝓperandum eſt ad confeſsionem, Alio-
quin Zacha. 7. complebit, uerbum, ubi
dicit, Sicut locut9 ſum & non audierūt,
ſic clamabunt & non exaudiam.

De tertia parte Poeni-
tentiæ quæ eſt ſatisfactio.

De Satisfactione tractaturi. Primo
mouet dubiū, Vtrum homo poſsit ſa-
tisfacere Deo pro peccatis ſuis? Rñdet.
Cōmuniter loquendo, nullus peccator
a ſeipſo, & ex ſuis ꝓpriis operibus poteſt
ꝑ peccatis ſatisfacere, quia talis offendit
ſummū bonū, & meruit pœnam æter-
nam. Et quicquid boni homo facit, te-
net illud, preter ſatisfactionem hanc, fa
cere, ob immenſa beneſitia. Vnde dicit
Bernhar. de diligendo Deum, ſup illud
cxv. Pſalmi. Quid retribuā Dño. Nam quū
me illi totū debeam, ꝙ me plaſmauit,
quid retribuere potero ei ꝙ me rede-
mit? Et ſi milies me ei totū impenderē,
quid hoc erit collatū Deo? Po-

Poteſt tamē homo ſatisfacere ꝓ pc̄tō, ſi aſpiciamus non nudum pc̄tōrem, ſed etiam auxiliū Dei gratiæ meritū Chriſti, bonitatem & clementiam diuinam. Non ꝙ opera noſtra in ſe ſint tanti pōderis, ſed quia uoluntas Dei eſt tam miſericors, ut opus ꝑ ſe indignum, tale uelit acceptare, q̄ſi ſit equatū & remisſiōi pc̄tōꝶ, & merito uitæ æternæ. Ideo cum dicit Apoſtol9, Non ſunt cōdigne pasſiones huius temporis ad futuram gloriam etc. Verū eſt in ſe, ſed quū firmanť ꝑ uoluntatem Dei, cum merito Chriſti efficiunť dignæ ille pasſiones. Et ſic homo ſatisfaciens pro peccatis ſuis, reddit æquiualens Deo, non per eſſentiam, ſed per diuinam acceptationem. ad Ro: viii

Hæc ergo ſatisfactio homini pœnitenti eſt neceſſaria, niſi forte pœnitens tantam haberet contritionē, ut hic dolor pœnā una cū culpa tolleret, Qualis contritio fuit in Maria Magdalena, ſed rara eſt talis contritio, maxime nūc quādo refrixit charitas.

Nunc Hæretici clamant, Chriſtus ſatisfecit ꝓ nobis omnib9, Ideo nos nulla egemus ſatisfactione. Placent iſta pi-

gris & ignauis hominibꝰ. Amant hoc dictũ summo ope, dũ audiũt in lusum uerti. Immo nihili fieri Ieiunium, orationem & omnia bona opera.

Ita em̃ & nos diceremꝰ. Christꝰ passꝰ est ꝓ nobis, ergo nobis nihil est paciendum. Christus mortuus est pro nobis, ergo nobis non est moriendũ. Christus orauit pro nobis, ergo nobis non est orandum.

Ostendamus ergo q̃uo

Christus satisfecit pro pctis nostris. Et ad hoc intelligendum ponuntur tres doctrinæ.

Prima doctrina. Christus passus est ꝓ nobis, Ita ꝙ passio sua sit sufficiens pro omnibus peccatis tociꝰ mundi, ut dixit
l.iii. Isaias. 73. uere languores nr̃os ipse tulit Et. 1. Pet. 2. Pctã nostra ptulit in corpore suo super lignum. Ergo si etiã essent mille mundi, satisfecit Christꝰ ꝓ eis.

Secunda doctrina, Quãuis meritum Christi sufficiens est ꝓ omnibus peccatis tociꝰ mundi, non tamen in omnibꝰ opaẗ efficaciter, sed his tantũ quibꝰ aplicaẗ & communicaẗ. Obstaculum est inde,

inde, quia nolũt se participes facere huius meriti, Nã si simpliciter intelligas. Tunc instet sic. Si pro omnib9 Christus satisfecit, quare Iudas, Pilat9, Nero, Arrius etc. sunt damnati? Cur non & pro illis satisfecit si satisfecit ꝓ omnibus? Ergo nõ plane est sufficiens passio Christi, nisi illius participem se quis faciat per fidem formatam.

Tertia doctrina. Dices. Quomodo efficimur participes meriti Christi? Respondet, Alij capaces fiũt illius ex mera gr̃a preueniente, sicut Paul9 Apostolus. Et qui in utero matris sunt sanctificati. Alij per Sacramenta a Christo relicta Ecclesiæ, quæ habent uirtutem ex merito passionis & mortis Christi. Nec tamen eq̃liter Sacramenta operantur. Baptismus tollit culpam & pœnã, quia est regeneratio sp̃ualis. Pœñia non mox tollit pœnã. Si auté id fieret in pœñia quod fit in Baptismo, ut scz & culpæ & pœna tolleret. O quã essem9 ignaui & tepidi, & impij? Item participes quoq; efficimur meriti Christi per bona opa, presupposita sp̃ in omnibus fide, quæ quidem opera, licet in se nihil sunt sed

F 5 gra-

gratia Dei facit ut sint aliquid & meritoria.

Solum ergo meritum Christi potest pœnam æternam cõmutare in temporalem. Sed in uirtutæ huius meriti, potest homo, auxiliante grã Christi ꝓ pc̄tis suis satisfacere, sicut Apostolus ait, nos in sanguine suo esse iustificatos ad Heb. 10. Ergo licet Christus satisfecit ꝓ nobis tamen nobis quoq; reliquit nõnihil faciendum, puta laborandum in uinea Domini.

De necessitate satisfactionis.

Sed iam ꝓbemus ex scripturis satisfactionem pro peccatis esse ad salutem necessariam.

Culpa licet hoi a deo remittitur, pena tn̄ temporaria in futurũ reseruatur

Pro quo nota, ꝙ plerũq; culpa ꝑpetrata, a Deo homini remittit̄, pœna tamen temporaria pro illa infligenda, in futuꝝ tempus reseruat̄, & ita exigit De⁹ satisfactionem. Patet p̄mo ex scriptura ueteris Testamenti, Dicit̄. 2. Reg. 12. ꝙ Dauid post ꝑpetratũ adulterium & homicidiũ a Nathan Propheta increpat⁹, quum humiliter cognouisset suũ pc̄tm̃. dicens

dicens, Peccaui Domino. Audiuit & illius peccati remissionem, Dñs transtulit pctm̃ tuum, non morieris. Attamen postea grauissimas passus est molestias a filijs suis, Amnon in uiolatione sororis suæ Thamar. Absalon in cæde dolosa fratris sui. In rebellione contra prem. In uxorum stupratione. In ignominiosa morte ipsi9 Absalon. Et hæc omnia passus est Dauid in expiatioñe utriusq; criminis, sicut Nathan ei predixerat.

2. Reg: xiii
ibidem
2. Reg: xv
2. Reg: xvi
2. Reg: xviii

Ecce post deletam culpam, adhuc deus in Dauid exigebat pœnam.

Item. 2. Reg. 24. dicit̃, q Dauid peccauit numerando populum. Pœnituit pro pctõ, Nam ibi dicit̃. Percussit autẽ cor Dauid, & dixit peccaui ualde in hoc facto, sed precor Dñe, ut transferas iniquitatẽ serui tui, quia stulte nimis egi. Postquã per hanc pœñiam Dauid ipsæ culpam tersisset, exegit tamen Deus adhuc pœnam & satisfactionẽ ab eo, Ideo dixit ei Propheta. Trium optio tibi datur, Aut septem annis fames erit in terra tua. Aut trib9 mensibus fugies aduersarios tuos. Aut tribus diebus erit pestis in terra tua, Elegit pestem, uno die mortui

tui sunt septuaginta milia uirorum.

Alia scriptura de hoc, Exod. 32. Moyses precatus est Dñm pro culpa populi. Remissa culpa, dixit dñs ad Moisen. Vade duc populum istum, Angelus meus precedet te. Ego auté in die ultionis uisitabo & hoc pctm̃ eorum. Ecce dimissa culpa, minatr̃ pœnam.

Ex nouo Testamento idem ꝓbatur, ꝙ dimissa culpa, adhuc pœna exigitur pro satisfactione pcti.

Christus Dñs dixit Matthe. 4. Pœñiã agite. Agite dixit, non credite solũ, non solum cogitate. Clarius id explanat Iohannes Baptista, Matthei. 3. Facite ergo dignos fructus pœñiæ. Digni fructus pœñiæ sunt, prioris in melioré frugem commutatio, & bonoꝝ operũ, ad abolenda preterita pctã. Et hoc patet. Nam mox subdit. Omnis arbor quæ non facit fructũ excidet̃, Ecce requirit̃ fructus bonorum operum.

Et Aplus ad Roma. 6. dicit, Sicut exhibuistis membra ur̃a seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem. Ita exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem, Ecce monet, ut corpo

ra

ra sua per satisfactionem condignã ex-
hibeant instrumenta bonorũ operum,
sicut prius exhibuerant organa scelerũ.
August.lib.de medicina pœñiæ dicit
Non sufficit mores in melius cõmuta-
re, & a factis malis recedere, nisi etiã de
his quæ facta sunt, satisfiat Deo, per pœ-
nitentiæ dolorẽ, per humilitatis gemi-
tum, p contriti cordis sacrificium, coo-
perantibus eleæmosinis.

De operibus satis-factorijs.

Iam dictum est, q satisfactio p pctis
sit necessaria, Nunc dicendum, quæ sint
opera per quæ satisfacere debemus pro
peccatis?

Rñdet ergo, q loquendo in generali de
satisfactione, tunc satisfactio est, omne
opus bonum cedens ad honorem Dei,
pœnale & laboriosum, siue sit opus in-
terius siue exterius, uoluntarie ab homi
ne assumptum, ad puniendũ in se pctm̃
ppter placandã diuinam offensam, &
q sit opus alias indebitum.

Et isto modo, opa satisfactoria sunt,
Contritio, Confessio, uerecundia in cõ
fessione

fessione, maceratio corporis. Oratio, Subuentio necessitatibus aliorum, & sic de aliis.

Sed loquendo de opere satisfactorio strictius scz prout est opus extrinsecum, pœnale etc ut supra. Tunc triplicia sunt talia opera, Ieiunium, Oratio, Eleæmosina. Per ieiuniũ, intelligit᷑, omnis afflictio corporis, ut uigiliæ, perigrinatõnes asperitates, uestiũ durities, labor corpalis, fatigans. Item, flagella quibus hic punimur, quæ licet nobis non infligamus tamẽ ea acceptamꝰ, & pacienter ferimus propter Deum & in purgationẽ pc̃tõꝝ.

Per orationem inttelligit᷑, omne opꝰ exterius, ad cultũ latriæ ptinens, p quod homo ascendit in Deũ contemplatiue, ut oratio uocalis, psalmodia, sacrifitia, oblationes etc.

Per Eleæmosinam intelligit᷑ omne opus bonũ quo necessitatibus proximi subuenitur.

Ratio autẽ, quare ista tria sunt opera satisfactoria? Quia triplicia sunt pc̃tã, Quedam complent᷑ in delectatione uel turbatione spũs, ut Supbia, Inuidia, & multa alia quæ ex supbia oriunt᷑. Et contra

tra hæc,est oratio humilis & deuota,Alia pctã sunt carnalia,ut sunt gula,luxuria,Et contra hæc sunt ieiunia,Quedam uero q̃si media inter hæc,quia complẽtur in his quæ ad carnem ordinantur, q̃uis non in delectatione carnali,sed in delectatione animæ pficiant̃, ut auaritia,furta,rapinæ etc. Et contra hæc est eleæmosina,pprie loquẽdo,Nam communiter loquendo,contra singula pctã sunt hæc tria opera.

Circa materiã satisfactionis,possunt dari q̃ttuor consilia,diligenter obseruãda ab omnibus,quia uere uolentib9 ad Deum conuerti,sunt multum utilia,ad satisfaciendũ dę preteritis peccatis. Et maxime ad preseruatõnem a futuris,qd̃ in satisfactione est semper intendendũ.

Primum consilium,ut homines uere pœnitentes, considerent,ad quæ peccata sint forcius inclinati,& in quibus cõmunius delinquunt,& ad quæ eis est facilior recidiua. Hoc em̃ possunt in seipsis cercius noscere per quottidianã experientiam,quã Sacerdos per solam auditionem. Quo cognito,satisfaciat Deo per illud opus satisfactoriũ,quod maxime

me correſpondet pctō,& ſibi plus repugnat. Et hoc ideo ut homo puniať in eo, in quo deliquit. Vt ſi peccauit peccatis carnalibus, puniať ieiunio, & alijs carné affligentibus, & ſic de alijs. Et etiá ideo hoc expedit, ut a recidiua preſerueť.

Similiter aliud Exemplū, Si quis peccauit gula, aut ſentit ſe ad eam fortiter inclinatum, fugiat conuiuia, aſſumat ſibi abſtinentiá ciboꝝ & potuum, Caueat ſibi a nimiū delicate preparatis, quæ ultra naturalem indigentiá incitant apetitū, ut ſic ſe habendo ſatisfaciat de preteritis, & contra futurum lapſum, diſcat uiuere temperate.

Si ſentiat ſe inclinatum ad lubricum carnis, fugiat corde & loco illi9 uicij occaſiones. Ieiunet, affligat corpus, rationabiliter tamé, ut natura non deſtruať, ſed paſsionum impetus moderentur, ut rarius tentent, & cum tentant, eis facili9 reſiſtať. Si uero ſentit ſe homo inclinatum ad iniuſtam concupiſcentiam alienorū, aſſumat ſibi largam erogationem eleæmoſinarū, ut cū elargiť ꝓpria, aſſueſcat non cupere aliena.

Et ſi eis non imponunť a confeſſoribus

bus pœne, talibus suis pctis & illorum sanationi appropriatæ, assumant per se huiusmodi pœnas satisfactorias, uel petant a confessoribus, ut eis imponant, ut per huiusmodi pœñiam, nõ solũ soluat pœna pro pctõ debita, sed etiam radix peccati abscindatur.

Secũdum consilium, ꝙ si homo sentit se inclinatum ad pctm̃ graue, ꝙ desiderat in se sanari, & ab eo pseruari, statuat sibi & firmiter obseruet, aut etiam ad temp9 uoueat, ꝙ pro qualibet uice qua cõtingeret ipm in huiusmõi pctm̃ labi, aliqua de subsequentib9 adimpleret secundũ tres partes satisfactionis. Primo, ꝙ uno die ieiunet in pane & aqua, uel alio modo cõpetenti. Et hoc infra tres dies talem lapsum immediate sequentes.

Scd'o, ꝙ diceret certum numerũ Psalmorũ aut aliarum orationũ. Tertio ꝙ infra tres dies daret aliquod sibi charũ, aut certam summam pecuniæ, secũdum exigentiam diuitiaꝝ ad pia opa.

Quarto, quotiens contingeret eũ recidiuare in tale pctm̃, totiens infra triduum teneret de eo cõfiteri, Hoc est uti-

se consilium uolenti uere cõuerti, & uere emendari. Videmus em̄ q̄ sic in foro publico per timorem pœnarū compescant homines ab illicitis. Quot enim sunt, qui uellent furari, rapere etc. nisi timerent?

Tertiū consilium est, q̄ si homo sentiret se multum inclinatum ad aliquod graue pc̄tm̄, a quo p̄seruari desideraret. Ita q̄ uideret uehementem tentationē, q̄ firmiter statueret, uel uoto se astringeret, q̄ uellet dicere septem Psalmos pœnitentiales, aut flectere genua corā crucifixo, priusq̄ ꝑpetraret illud malum. Sic em̄ orando, aut taliter se humiliando, forsitan miserebit̄ sui Deus, & quietabit impetum passionis & p̄seruabit eum.

Quartum consilium, q̄ homo firmiter in animo statuat & sic diligenter obseruet atq; se ad hoc fortiter assuefaciat, q̄ quando senciat se ad tale uel tale peccatū acriter tentari, mox animū suum transferat ad cogitandum aliquod terribile sibi futurum per tale pc̄tm̄, ut damnationem æternam, graue iudiciū Dei contra pc̄tóres, mortem imminentem, amissionem uirtutum per pc̄tm̄, & gra-

tiæ

tiæ Dei. Et hoc ideo faciat, ut sic excitet ad non consentiendum.

Hæc sine dubio, cum auxilio diuinæ gratiæ, sunt efficacissima ad pseruandū a futuris peccatis, qui uult bona fide & non ficte conuerti, Sed est timendū, q multi hoc q̃dragesimali tempore confiteant, qui non ex toto corde conuertant a peccatis suis, sed confitent ut tēpori satisfaciant, & ne ut Ethnici habeant. Pauci em̄ curant tantam diligentiam facere de nō recidiuando q̃lem diximus, Et ideo tam pauci uere sanantur a peccatis, & tam multi pni sunt ad recidiuam in priora peccata.

Circa satisfactionem, mouentur duo dubia, Primum, Vtrū quis possit in peccato mortali satisfacere de peccatis? Exempli gratia, Heri confessus, hodie recidiuet in pctm̄ mortale, Tunc queritur an in isto pctō mortali manens, & in eo pœñiam sibi iniunctam implens, satisfaciat per hoc Deo de peccatis prius dimissis?

Respondent Doctorees, per duas propositiones. Prima, Talis qui recidiuat in mortale pctm̄, nondu m expleta pœ-

nitentia iniuncta, debet nihilominꝰ cō-
tinuare & implere illam pœniam, Quia
si hoc fecerit, talis liberat se per hoc ab
iniunctione Sacerdotis, nec incurrit in-
obedientiam, quā incurreret, si iniunctā
sibi pœniam, & a Sacerdote receptam
uoluntarie ex se, sine causa necessaria a-
biiceret, nolens adimplere. Quæ inobe
dientia, scd'm Scotum, est pctm̄ morta-
le, quia est transgressio pcepti Ecclesiæ,
& uicarij Dei in casu isto. scz quando si-
bi a Sacerdote imposita est, & ipsæ in
eam consensit.

Propter illud periculū, est sanum cō-
silium. ꝙ confessor non iniungat pctōri
pœniam, nisi de consensu suo. Nec ali-
quā, nisi de qua sperat ꝙ eam impleat.
Imo a confessore admonendus est pœ-
nitens, ne quācūq; acceptet, nisi quā pos
sit & firmiter proponat implere.

Scd'a ꝓpositio, Thomas. Bonauen. &
alij multi dicūt ꝙ talia opera extra cha-
ritatem facta, non satisfaciunt Deo pro
peccatis, nec liberant hominē a pœnis,
quia sicut huiusmodi opera, non sunt
Deo accepta, nec grata ad uitam æter-
nam. Ita non sunt pro peccatis satisfa-
ctoria

ctoria nisi ex gratia pcedant, quæ non stat cum peccato mortali. Excipit tamē S. Tho. Eleæmosinam & ieiunium quæ derelinquūt effectum pœnalem post. s. diminutionem in bonis fortunæ, & debilitatem ex ieiunio in corpore.

Scotus autē in quarto. dist. xv. dicit q̄ qui uere semel pœnitet, & recipit pœnitentiam condignam impositam sibi ab Eccl'ia, claue non errante, q̄ntūcūq; postea recidiuet, nō tenebit' pro illis peccatis, p quibus illam pœniam suscepit, nisi ad illā pœniam sibi impositam, Et si illam implet in charitate, non tantū soluit pœnam, sed & meret' gratiam, Si autē implet extra charitatem uoluntarie, soluit pœnam, sed non meret' grām. Ergo non est necesse talem pœniam iterare, sed duntaxat de pctō postea commisso. Ponit Exemplū de eo qui cōmisit crimen. p quo pcise meret' manus abscisionē, Vnde si isti inuito abscindatur manus, satisfacit, & satisfit Regi sufficienter, nec scd'm iustitiam coget' ad ulteriorem pœnam, q̄uis non recipiatur in gratiā. Sic multo magis ubi quis pœniā sibi infligit.

Volunt hic Doctores ꝙ confessus aliquis pctã, pœnĩa desuꝑ & satisfactione suscepta, si recidat in pctm̃ mortale, in quo moriať & damneť, ꝙ tamen nõ in æternũ torquebiť pro pctõ, a quo est absolut9. Vide quam salutaris sit pœnĩa, in qua quisquis ꝑseuerat, saluabiť. Sin excidat & in peccatis suis moriať, min9 tamẽ affligeť in cruciatibus gehennæ q̃ si nũq̃ fuisset confessus, quia sententiam semel latam suꝑ peccatis remissis seruabit Deus, Et quia absoluto pœna æterna cõmutata est in temporalẽ, id quoq; ꝓmittit Deus, neq; retractat sententiam, uide Glo. in c. quod quidam, de pœni. & remiss.

Scda quæstio, utrum un9 homo possit pro alio pœnam satisfactoriam explere, & sic pro eo satisfacere? Respondet Angelus in summa. c. Satisfactio, unus homo potest pro alio satisfacere Deo, si modo ille qui commisit pctm̃ sit cõtritus de eo, alias non, Pro pœnĩa uero iniuncta, non potest unus pro alio satisfacere, nisi interueniat autoritas confessoris, qui in illa potest dispensare, uel nisi interueniat casus ꝙ ille cui imposita

ta est, nū ꝗ eam poterit in hoc mundo implere, quia posset tunc p alium fieri. Hæc Rich. & Bona. in ꝗrto dist.xx.

Tantum de tribus partibus Pœnitentiæ. & de Pœnitentia ipsa.

De Decem Preceptis Dei.

Quadruplitia sunt Præcepta Legis. Prima sunt Precepta Legis Naturæ, ut sunt illa, Omne bonū est faciendū, Nullum malum est faciendum, Non facias alteri, quod tibi non uis fieri, hoc facias alteri, quod tibi uis fieri, Et cætera huiusmodi ex se euidentia, eo ꝙ cuilibet homini sunt nota in lumine naturali.

Alia sunt ꝑcepta illa duo principalia, & maxime precepta. s. de diligendo Deo sup omnia, & de diligendo proximo ꝓpter Deum.

3. Alia sunt ꝑcepta Decalogi, quæ Deus in monte Sinay dedit in duabus Tabulis Moysi, Exod.xx.

4. Adhuc multa sunt ꝑcepta diuina sparsim in Sacra scriptura posita, ut de honoratione Senum, de obedientia Ecclesiæ, & Superioꝝ etc. G 4 Nūc

Nunc autem dicere uolumus de pceptis Decalogi, Nam ex istorum intellectu, patebit intellect9 omniũ aliorum diuinorum pceptorum, sparsim in scriptura positorũ, eo q omnia ad ista Decem reducunt, & in eis includuntur.

Nunc autẽ tria dicemus de decem preceptis. Primo quæ sunt quæ nos inducere debent ad seruanda pcepta Dei. Scdo, qliter sunt seruanda. Tertio quæ utilitas ex hoc?

De primo, multa sunt quæ nos inducunt ad hoc ut Dei precepta seruemus.

Primũ, summa authoritas Dei pcipientis, qui habet authoritatem nobis pcipiendi, eo q est noster supm9 Domin9 ratione Creationis, gubernationis & redemptionis. Habet in nos uniuersale & plenũ dominiũ. Et nos sumus eius naturales serui. Ideo merito debem9 obedire, Ideo Exod.xx. uolens Dñs pcepta tradere, dixit. Ego sum Dñs Deus tuus, qsi dicat, Dñs sum, ideo conuenit mihi precepta instituere.

Secũdum est. Infinita dignitas, maiestasq pcipientis quã dignissimũ est reuereri, ei obediendo. Quanto enĩ psona supe-

superior nobis pcipiens dignior est, tanto magis debitum est ei obedire, Deus auté est infinitæ dignitatis, ergo maxime obligamur ei obedire, & cauere irreuerentiam & contemptũ infinitæ dignitatis. Qui eñ contemnit Dei mandata, contemnit ipsum.

Tertium est, rationabilitas mandatorũ. De9 eñ quũ sit infinite sapiens, nihil pcipit, nisi quod sit rationabilissimum sicut ad Roma. 7. dicit. Mandatũ sanctum, iustum & bonum, Immo instituendo Decalogum, aut dando alia moralia pcepta, non pcepit, nisi ad quæ alias obligati fuimus de Lege naturæ, & ex dictamine recte rationis naturalis, dictantis talia facienda esse. Et quis talia pcepta, sint naturaliter inscripta cordib9 hominum, expediebat tamen ea a Dño populo mandare, & in scripto per modũ pceptorũ redigere, ut quilibet ea facile nosceret, & null9 se posset aliqualiter excusare, saltem adultus. Et etiam ut ea cognoscentes, non solũ natura inclinaret ad bonũ, sed etiam impelleret coactio Legis, & alliceret reuerentia diuini imperij.

Quartum eſt, Recta ratio dictat & ius naturale q̄ filius debet obedire Patri, & eius p̄cepta cuſtodire. Inobediens enim filius & rebellis in Patrem, eſt ſecūdum ſanctionem iuris exhæredandꝰ. Nos autem omnes ſumus filij Dei, iam nō ſolū per Creationem, ſed etiam per adoptionem, quia per filiū Dei redempti ſumus, & ab æterna damnatione liberati Ideo ſemp̄ dicimus. Pater noſter. Ergo mandata tanti patris ſeruare nos oportet, alioquin, ut degeneres filij & infideles, eijciemur domo paterna, & priuabimur hæreditate obedientibꝰ filijs parata.

Quintū eſt, rigor diuinæ iuſtitiæ, quæ nos ſtrictiſſime obligauit ad mandatorum ſuorꝫ obſeruantiam, ſicut patet ex Pſalmo. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, Patet etiam ex hoc q̄ trāſgreſſores mandatorꝫ ſuorꝫ grauiſſime punit, ut patet per plura Exempla ſcripturæ, ſibi nec propter ignorantiam aliquo modo p̄babilem, nec propter cauſas apparen̄ quas habebant homines, pepercit eis Deus tranſgreſſionem p̄ceptorum, ſed eos dure puniuit. Exempla de hoc.

. e xviii. bi immandati, uide in prima

Primum

Primũ Exemplum. 1. Reg. 15. de Saul Rege, qui præceptũ absolutum recepit a Dño, hoc modo, Vade percute Amalech & demolire uniuersa ei9 etc. Vide ibi Historiam, Attamen, contra hoc preceptum, adduxit secum oues, boues ad immolandũ Domino primicias, & sic transgressus est pceptum Dñi. Et qñtũcũq; per bonum opus quod intendebat crederet se excusatũ, tamẽ sic stricte uult Dñs mandata sua custodiri, q sibi non ideo pepercit, sed ipsum & totam suam posteritatem regno priuauit, ad quod ipsum prius elegerat, qui & paulo post in bello mortuus est occisus. 1. Reg: xxxi.

Secundũ Exemplum. 2. Reg. 6. Dauid uolens reducere Arcam Dñi, posuit illã super plaustrũ. Oza quidã extendit manum ad Arcam Dei & tenuit eam ne de plaustro caderet, quoniã boues calcitrauerant, & inclinauerant eã. Iratusq; Dominus Ozæ pcussit eum, & mortuus est iuxta Arcam Domini.

Ecce, quã stricte, uult Dñs seruari mãdata sua, Nam licet ille Oza, causam urgentem haberet, ut tãgeret Arcam, quia declinauerat ad casum, non tamen sibi

peper=

pepercit Dominus,sed cum occidit pro temeritate sua,qua soluit pceptũ de nõ tangenda Arca Domini,nisi a Sacerdo-tib9. Non ergo confingamus causas ex-cusando peccata & desideria.

Tertiũ Exemplũ.3.Reg.13. Quidam Propheta Domini missus de Iudea in Bethel ad Regem Hieroboam, habens preceptũ Dñi,ne comederet aut biberet in loco illo. Qui cum reuersus fuisset, impleto negotio pro quo missus erat, equitauit post eum alius Propheta loci illius,inuitans eũ ut rediret secũ in do-mum suam & comederet & biberet.Qui ei respondit,ꝙ non posset id facere,eo quod haberet a Dño contrariũ pceptũ. Qui dixit illi. Et ego Propheta sum si-milis tui,& Angel9 Dñi locut9 est mihi in sermone Domini dicens. Reduc eũ in domum tuam ut comedat & bibat. Et sic eum fefellit,& reduxit ipsum. Cũ autem sederent in mensa,factum est uer-bum Dñi ad Prophetam qui reduxit eũ & exclamauit ad uirum Dei qui uene-rat de Iudea,dicens.Hæc dicit Domin9 quia non fuisti obediens uoci Domini, sed comedisti in terra hac,nõ inferetur

cada-

cadauer tuum in sepulchrũ patrum tu-
orum. Et sic factũ est. Nam quũ abijsset,
inuenit eum Leo in uia, & occidit, Ecce
quam stricte Deus uult mandata sua cu
stodiri. Licet em̃ peccauit istæ nõ ex ig-
norantia affectata, aut crassa nec ex leui
credulitate, nõ tamen excusabatur per
ignorantiam.

Vides igiť rigorem diuinæ ultionis
in eos qui transgrediunť precepta ipsius
Dei. Preter hoc autem adhuc maior ri-
gor inde apparet, ꝙ transgressores p̃cep
torũ suoꝝ priuat sua amicicia & chari-
tate, sine qua, opa q̃ntũcũq; bona, sunt
mortua, & nõ sunt Deo accepta, & mæ-
ritoria uitæ æternæ. Et sic morientes si-
ne pœñia, damnat ppetuo. Quod signi
ficat Dauid in Psalmo, dicens. Maledi-
cti qui declinant a mandatis tuis.

Retribue ser: no tuo, vide in prima

Secũdo uidebim9, quo modo decem
Precepta Dei custodire & facere debea-
mus.

Rñdeť, ꝙ debemus primo custodire
Dei Precepta corde & animo, scz bono
affectu illa amplectendo & grata atq; ac
cepta habendo, quia a Deo tocius boni
tatis fonte & conditore nostro sunt tra-
dita

dita,a quo nihil nisi bonũ ꝓcedit. Ideo illa debemus existimare nobis esse ualde bona,salutaria,utilia,& ad nostrã salutem & utilitatem data. Cũ em̃ de sanctis Dei p̃ceptis habeť talis existimatio atq; opinio apud nos,tunc uehementiꝰ afficimur & alacrius ad illa implenda.

Cõtra hoc agunt illi,qui ob murmurant contra Dei precepta,quia ipsa contradicunt & obsistunt prauis eoꝶ desiderijs. Exempli gratia. Propẽsus ad libidinem & illecebras carnis,dicit apud se & interdum apud alios. Vellem ꝙ Deꝰ non ꝓhibuisset fornicationẽ & adulterium,quia tunc possem impune, & sine pctõ fornicari,& adulterium committere. Similiter inhians alienis bonis rapiendis,hæc secum animo uoluit. Vtinã Deus furtũ non ꝓhibuisset,& rapinam, quia tunc possem pro meo nutu rapere bona alioꝶ,ac aliena usurpare,& ita desiderio meo satisfacere. Verum hi,ꝑ tales affectꝰ sinistros,grauiter peccãt,quia plane ostendunt illud eis displicere,qđ diuinæ placet maiestati,& quod pro ipsorũ salute est recte ordinatum,Dolent itidem,ꝙ per diuina precepta tanq̃ quædam

dam repagula, cohibent a suis prauis desiderijs.

Secūdo debem9 mandata Dei custodire ore, non solum illa iugiter habendo in memoria mentis nostræ, sed etiā uerbo alijs pferendo, ut a nobis discant Dei mandata, qui nostræ directiōni sunt cōmissi, Queadmodū parentes debent filios suos instruere in Dei mādatis, prælati suos subditos, & Dñi suos seruos & ancillas, & magistri Scolarū suos scolasticos, Et si in hoc fuerint negligentes hi qui superiores sunt authoritate, & nō curauerint suos subditos docere mādata Dei, inde reddēt rationem corā Deo, & rei tenebunt coram Tribunali Christi, quoniam ex negligentia ipsorum, sunt causa illorum malorum, quæ filij. Serui subditi, & Scolastici cōmittunt ex ignorantia mandatorum Dei.

Scd̄o ōndit quāti sunt seruanda

Vnde Deutero. 6. Moyses de præceptis Dei loquens ad populū Israel dicit. Erunt uerba hæc quæ ego pcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; consurgens. Et ligabis ea q̄si signum in manu

nu

nu tua, eruntq; & mouebunt inter ocu-
los tuos, scribesq; ea in limine & ostijs
domus tuæ.

Ecce quã diligenter admonuit ꝙ as-
siduã debeamꝰ habere memoriam mã-
datoꝝ Dei, eaq; docere filios nostros se-
cundũ carnem aut spiritũ.

Tertio debent omnes mãdata Dei cu
stodire, ope atq; effectu, ea pro uiribꝰ ex
equendo, & operi mancipãdo. Non eñ
sufficit ad salutem, tenere memoria dei
mandata, aut illa ore ꝓferre, sed opor-
tet ea, opere exequi. Nam scientia & no
titia mandatoꝝ Dei sine opibus, aggra-
uat pc̃tm̃ hominis, & magis peccat ea sci
ens & non faciens, quã illa ignorans &
non faciens, cũ dicat Btũs Iacobꝰ. ca. 4.
ꝙ scienti bonum facere, & nõ facienti,
pc̃tm̃ est illi, Et Luc. 12. Seruus qui cog-
nouit uoluntatem dñi sui, & nõ se præ-
parauit, & non fecit scd'm uoluntatem
eius, plagis uapulabit multis. Qui autẽ
nõ cognouit & non fecit digna, plagis
uapulabit paucis. Tales etiã rephendit
Christus apd' Lucam ca. 6. dicens. Quid
uocatis me Dñe, Dñe, & non facitis quæ
dico? Nam ut ait Btũs Greg. Probatio
dilectionis est exhibitio opis. Quar

Quarto debemus mandata Dei facere prompte & hilariter atq; uoluntarie, & non inuito animo. Hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Corint. 9. & non expetit a nobis obsequia coacta, aut inuoluntarie & quasi reclamante corde nostro & resiliente facta. Quis enim est Dominus in mundo, qui uelit sibi exhiberi seruitium a famulo inuito animo, & ore obmurmurante?

Quinto debemus mandata Dei facere diligenter & cum ingenti cura & sollicitudine atq; uigilantia, non oscitanter, nec pigræ, nec ignauiter. Sicut enim homines odio habent seruos pigros, & stertentes in multum diei tempus, & diligunt impigros famulos, uigiles & alacres. Ita sane & Deus ipsæ inertes & socordes animos hominum odio persequitur, qui in Parabola Euangelica Matth. 25. Seruum inutilem & pigrum denunciauit projiciendum in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, uigilantes uero ad opus bonum, & ad sui talenti multiplicationem, prohibuit esse inuitandos humanissime, ad æternæ gloriæ perceptionem & possessionem.

 Sexto

Sexto debemus facere mandata Dei integræ & pseueranter, Non em̃ ad salutem ꝓdest, aliq̃ facere mandata Dei, & aliqua transgredi, sed oportet quemq; omnia decem præcepta Dei simul facere, cũ dicat Btũs Iacob9, ca. 2. suæ Epl'æ. Quicũq; totam Legem seruauerit, offendat autẽ in uno, factus est omniũ reus. Qui em̃ dixit, Non Mechaberis, dixit. Non occides. Quod si non mechaberis occides autẽ, fact9 es transgressor Legis. Non etiã sufficit ꝓ aliquo tempore uitæ mandata Dei seruare, & ꝓ reliquo tempore eadem p̃uaricari, sed oportet ea ꝓ toto tempore uĩtæ custodire inuiolata. Nam dicit Dñs Matth. 10. & 24. Qui pseuerauerit in finem. Hic saluus erit.

Vtilitas ex obseruatione præceptorum

Tertio dicam9 utilitatem preceptorũ Dei. Pro quo notandũ q multæ ꝓueniunt utilitates illis, qui studiose mandata Dei custodiunt,

Quarũ prima est, q per adimpletionẽ eorũ consequunt̃ salutem animæ, & sanant̃ a morbis spũalibus. s. prauis concupiscentijs & actibus, qui reddunt animam morbidam. Ipsa em̃ p̃cepta Dei sunt tanq̃ quædam malagmata, empla-

stra,

ſtra,& cataplaſmata,quæ ſupponuntur ulceribꝰ animæ,ad eoꝝ curationé,quoniam ſunt quædam retinacula,quibus coerceanť prauæ concupiſcentiæ noſtræ & paſſiones immoderatæ,ne ſine freno p̃cipitenť,& corruant in omne ſcelus & nefas. Quare ſicut ægrotꝰ debet credere Medico & obedire, Immo & ſequi eius præcepta, alioquin exponitur periculo mortis. Ita & omnis homo ut languidꝰ ex corruptione naturæ,inducta p Adæ p̃uaricationé,debet obedire Deo,ut animarũ medico,qui ſanxit iſta decem p̃cepta,tanq̃ decem medicaméta contra languores animæ. Exemplum. Vt præceptũ, Nó occides,contra impetuoſum iracundiæ tumultũ. Iſtud præceptum Non Mechaberis,contra effrenes libidinis impetꝰ. Illud uero præceptũ, Non Furtũ facies,contra omnem cœſtũ auaritiæ,Et ita de cæteris Dei mandatis ſenciendũ, quod ſunt medicinæ quædam animarum.

Secunda utilitas eſt,q ex obſeruatóe præceptoꝝ Dei homo conſequiť inhabitationé Dei in animo ſuo p gratiam atq; immanſioné, Quod magnum eſt

homini beneficium, habere scz Dei amorem, & tantũ hospitem in corde suo habitatorem, Quod auté per hoc Deus inhabitet corda hominũ. Patet ex illis uerbis Iohan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum. & ad eum ueniemus & mãsionem apud eum faciemus. Certe Rex terrenus magnũ exhiberet alicui amoris & familiaritatis bñficium, si dignaretur uenire ad hospiciũ alicui9 uiri pauperis & plebei, & mansioné facere in domo ipsi9. Quanto maius est beneficiũ, si Deus ipe Rex regũ digneť intrare cordis nostri cubiculũ, & suam maiestatem ad tantam submissioné inclinare. Hoc auté bonũ consequiť homo, per mandatorum Dei custodiam.

Tertia utilitas homini pueniens ex adimpletione præceptorum Dei, est, quod ex inde singularem habet cũ Deo amicitiam, & amicus Dei efficiť. Iuxta illud Iohan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego pcipio uobis. Quod autem dixit discipulis, dixit & nobis si mandata ei9 custodierim9. Atqui non paruum est id mun9, & donum, esse Dei amicũ.

Quan-

Quādoquidē apud homines id magni muneris habet loco, siquis Regi terreno sit amicus & familiaris, & gratiam apud Principem huius mundi sit consecutꝰ. Cum tamē gratia & amicitia principis mundani, possit facile mutari. Ipsius autē Dei amicicia, nūq̄ deꝑditur ab homine nisi ꝑ suam culpam & ignauiā, & quoniā illam prius a se abiecit.

Quarta utilitas ꝓficiscens ex obseruatione præceptoꝝ Dei est, quod per eam consequit̄ ingressum in uitam æternā, quisquis studuerit per uiam mandatoꝝ Dei ambulare. Scd̄m illud Matth. 19. Si uis ad uitā ingredi, serua mandata, Magnus itaq; est fructꝰ, ex Dei mandatis plene obseruatis ꝓgrediens, ingredi scz ad uitam, non quidem temporariam, aut certoꝝ aliquot annorū, sed æternam. Elaboremꝰ itaq; omnes, sollicite, uigilāter, & accurate, mandata Dei sic custodire ac facere, ut demū hac uia ad æternæ uitæ participationē possimꝰ ꝑuenire.

De Primo precepto.

Anteq̄ dicemus declarationē primi

precepti,duo sunt dicenda,Primo quid sit p̄ceptum,Scd'o,quod sint.

De primo,Præceptū Decalogi diffinit̃ sic,Est imperium Dei,obligans nos homines ad faciendū ea quæ præcipit, & ad euitandum ea quæ ꝓhibet.

Ex qua diffinitione dinoscunt̃ esse duplicis generis & modi præcepta, Quædam affirmatiua,quæ p̄cipiunt aliquid esse agendum,& ꝑ affirmationē explicātur,ut unum Deum esse colendum,sabbatum esse sanctificandum,& parentes honorandos. Alia sunt p̄cepta negatiua quæ ꝓhibent aliquid ut malum,& negatiue enunciant̃,ut non esse assumendū nomen Dei inuanum, Non committi debere homicidiū,nec Furtum,nec fornicationem,& ita de cæteris subsequentibus. Et tam hæc q̄ illa sunt diligenter obseruanda,tanq̄ leges quædam a Deo institutæ,pro Republica fideliū in hac uita rite gubernanda,Nempe uidemus in omni Republi.ciuili certas constitui leges,ad tranquillam illius gubernationem,immo & in arte militari,& nautica,& literaria,& Agricultura,certas haben Leges. Quid ni igit̃ in Republica Ecclesi-

clesiastica & fidelium Deo militantium certæ erunt Leges ac constitutiones, ad honeste uiuendum?

Secũdo dicendũ, quot sunt Dei precepta? Præcepta Decalogi sunt decem, in his uersib9 cõphensa.

Vnũ crede Deũ nec iures uane p ipsum
Sabbatha sanctifices habeas in honore parentes.
Nõ sis occisor, fur, mech9 testis iniquus
Alteri9 nuptam nec rem cupias alienã.

Ratio autẽ q̃re sunt ista decem? quia ad hoc q homo bene cõmoret in cõmunitate particulari & humana sub principe terreno, requirunt duo. Primo q bene se habeat ad suum principem illi9 cõmunitatis. Scd'm, q etiam bene se habeat ad consotios & comparticipes ciuitatis. Sic etiam ad hoc q homo bene cõmoret in cõmunitate uniuersali totius humani generis sub summo principe Deo, duo requirũt. Primo q homo bene se habeat ad Deum, Scd'o q bene se habeat ad proximũ, Et ergo duplicia posuit pcepta, Prima ordinantia hominem in bene se habendo ad Deum principem, Et sunt tria prima. Alia ordinan

tia hominem ad proximũ, ut bene se habeat ad consotios, Et sunt septem ultima. Et ita sunt decem.

Primum ergo Praeceptum est Exodi. 20.

Ego sum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegipti de domo seruitutis. Nõ habebis deos alienos coram me. Non facies tibi Sculptile, neq; omnen similitudinem, quæ est in cœlo desup, & quæ in terra deorsum, nec eorũ quæ sunt in aquis sub terra. Nõ adorabis ea neq; coles. Ego sum Dñs Deus tuus fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & q̃rtam generationẽ eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam in milia, his qui diligũt me & custodiunt præcepta mea.

Circa hoc p̃ceptũ duo dicemus. Primo declarabimus hoc primũ p̃ceptũ, & qũo a nobis est obseruandum. Secũdo, manifestabim9 in generali, qui sunt ipsi9 primi præcepti transgressores, & deinde in speciali.

Quantũ ad primũ, Notandum q̃ in hoc

hoc primo pcepto Dñs de9 obligat nos ut ei seruiam9, tripliciter, scd'm tria bona quæ ab ipso habemus, scz bona animæ, bona corpis, & bona exteriora.

Primo debemus ei seruire per bona animæ siue per bona spiritualia scd'm tres uirtutes Theologicas, scili. Fidem, Spem & Charitatem, quæ sunt bona animæ.

Primo nos arcte astringit ad credendum unum Deum & ueꝝ, omnium authorem & saluatorem hominũ. Contra idolatraꝝ errorem, ponentium plures deos, ac diuersos, & existimantium, lapidibus & lignis inesse deitatis uirtutem, Qui error toto orbe fuit explos9 p prædicationem Apostolorum, & uirorum Apostolicorum.

Neq; id solum credere debem9 p istd' primũ pceptũ, sed & omnia reliqua de Deo, in Symbolo Apłoꝝ contenta, scz 12. Articulos fidei, ut synceram & integram de Deo fidem habeamus p quam salui efficiamur. Quinimo & reliqua omnia, etiam in Symbolo non contenta, quæ Ecclesia nobis ꝓponit credenda ut omnino conformemur fidei Eccle-

 siæ,

siæ, & credamus quicquid ip̃a credit, & ad quod credendũ ipsa nos obligat & obstringit. Et generatim quicquid in sacra scriptura continet̃ debemus credere uerum esse & Deo reuelante atq; authore primario compositum.

Est em̃ fides ipsa in anima tanq̃ caracter quidam & signaculum, quo distinguunt̃ milites, & filij Dei ab infidelibus a Deo alienis, quemadmodũ Milites alicuius Principis, portant eius insignia in uestib9 & armis suis, per quæ insignia cognoscunt̃ ad illum Principem ptinere, & distinguũt̃ ab aliorum Principum Militibus.

Porro, ut hæc credulitas in Deum & fides, quæ p hoc primũ Dei mandatum pcipit̃, integra obseruet̃ & sincera a quolibet, oportet summope deuitare, omnes Hæreses, & dogmata praua atq; erronea, sacræ scripturæ & sanctæ matri Ecclesiæ contraria, quéadmodũ admonet Btũs Paulus ad Hebre. 13. dicens, Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci. Oportet etiam non patefacere aures nouitatib9 Sectaꝝ, & nouis adinuentionibus pestiferoꝝ dogmatũ inducentium

in

in perniciosos errores. Neq̃ etiam moueri nimium leui & uana credulitate in res supstitiosas, ut. Exempli gratia, q̃ nõ sit bonũ signum, si quis calceum pedis sinistri posuerit in pede dextro, Aut qđ quis mane per uiam obuiauerit lepori aut Vetulæ, Aut qđ exeundo domum offenderit pedem suũ ad limen domus. Aut quod coruus crocitauerit sup tectũ domus, Aut quod Mus roserit nocte calceos alicuius, & cætera omnia ad gentilitatem ptinentia, Hæc eñ omnia & similia corrumpunt ueram fidem, & supstitionem inducunt, quoniã adhibetur illis fides, quibus nõ est adhibenda. Prouenitq̃ huiusmodi supstitio ex defectu uere fidei in Deum, & uano quodam timore, quo putant homines sub esse periculum, ubi tamen nullum est.

Secundo obligat nos primũ pceptũ, ad spem nostram totam in Deum collocandam, & ad habendũ in eo plenariam fidutiam & cõfidentiam in bonitate & magna misericordia ei9, quod possit & uelit saluare nos, Et ad hoc tradat nobis media apta & presidia necessaria ac utilia, sicut dicit Psalm. Deus noster lxvij.

deus

Deus saluos faciendi, id est, habet pote-
statem nos saluandi. Et Dñi domini exi
tus mortis id est, in potestate eius est cō-
stitutum nos liberare a morte æterna.

Similiter sperare debemus & cōfide-
re, nos posse obtinere & etiam expectare
remissionem pctōꝶ, & collationem gra
tiæ, & postea uitam æternam, quia est in
finitæ largus qui solus potest talia largi
ri ꝓpria uirtute, q̄uis sancti possint im-
petrare.

Preterea, In omni tribulatione & ne-
cessitate, debemꝰ p spem firmam ad ip-
sum recurrere, & adiutorium dei requi-
rere, ponentes in eo hanc animi fidutiā.
ꝙ nō derelinquet nos sine auxilio, quo-
niam ut dicit Ecclesiast. 2. Nullus spera
uit in Deo & derelictus est. Clamemus
itaqꝫ ad Dñm in angustia positi, cū Pro
ps. lix. pheta, Da nobis auxilium de tribulatio
ne, quia uana salus hominis Psal. 79.

Summope autem hic cauendū est, ne
quis præcipuam suam fidutiam repo-
nat in hominibꝰ & Principibꝰ huiꝰ mū
di, sed audiat illud Psalmi, Nolite con-
.cxl6. fidere in Principibꝰ, nec in filijs homi-
num, in quibꝰ non est salus. Et Hier. 17.

Ma-

Maledictus homo qui confidit in homi
ne, Nec etiam confidendum est in diui
cijs huius mundi, quoniã caducæ sunt
& fallaces, ut dicit̃ Sapien. 11. Qui con-
fidit in diuicijs suis, corruet. Et Marci
10. Filioli, quam difficile est confiden-
tes in peccunijs, in regnũ dei introire.

Tertio obligat nos hoc primum pre-
ceptũ ad charitatem in Deum habendã
eũq; sup omnia diligendum. Quod sa-
tis explicat̃, Matth. 22. ubi dicit̃. Diliges
dñm Deum tuum. Ex toto corde tuo. i.
affectu animi, ut ad Deũ habeamus præ-
cipuũ affectum nr̃m, non ad diuitias,
honores mundi, ac delicias carnis. Et ex
tota anima tua. i. uoluntate, quæ in reg
no animæ q̃si Regina p̃sidet, ut totam
uoluntatem nostram conuertamus ad
placendum ei & ad faciendum suũ be-
neplacitum. Et ex tota mente, id est, in-
tellectu, ut cogitationes nostras, & ser-
mones, & quicquid mente cõp̃hendim⁹
conuertam⁹ ad laudem & honoré Dei,
omné itidem scientiã nostram & doctri
nam, industriãq; mentis & peritiam, re-
feramus ad nominis ei⁹ glorificationé,

Iam ergo diximus, qũo per hoc pri-
mum

mum pceptum ex anima per bona spi-
ritualia debeamus dño Deo seruire.

Secunda, bona quæ habemus a Deo, sunt bona corpis. Ideo per corpalia bona ei debemus seruire, illa scz applicando ad seruitium Dei, per aliquas reuerétiales exhibitiones & corpoꝝ humiliationes, ut p orationem oris, per cantum & laudem uocalem, per genuflexionem per manuũ iunctionem, aut eleuationé per capitis inclinationem, & sic de alijs corporalibus reuerentialibus exhibitionibus.

Diceret quis, Quũ Deus corda uideat tunc sufficit interior cultus, & superfluit cultus exterior, per reuerentiales exhibitiones & cærimonias exteriores. Respõdent ad hoc Doctores dist. 9. tercij, qđ Deus a nobis colendus est latria, nõ solum per interiores actus, sed etiam secũdum exteriores ritus corporales. Sic em̃
ps. lxxxiii. seruat Ecclesia, & innuit etiam Psam. dicens. Cor meũ & caro mea exultauerũt in Deum uiuũ, Cor, id est anima, & caro ritus corporis.

Fit autem cultus ille exterior propter tres rationes. Prima ratio, quia a Deo habe-

habemus animam & corpus & exterio-
ra bona, ergo de omnibus istis debem9
sibi obsequiũ p̃stare, ad recognitionem
pleni dñi sui, sup totum hominẽ, & om
nia bona sua, Et sic Deũ adorare p act9
exteriores debemus, non solum de con
gruitate, sed etiam de necessitate, loco
& tempore oportuno.

Scd̃a ratio. Fit cultus ille exterior, p-
pter ædificationem pximoꝝ, ut uiden-
tes a nobis talia fieri ad honorem Dei,
incitenẽ ad similia, Nam huiusmodi ex
teriores ritus reuerentiales, sunt quædã
fidei protestationes quib9 scz ostẽdim9
Deũ esse nr̃m summũ Dñm, Et istam fi-
dem nos habere, proximi iudicare non
possunt nisi per huiusmõi exteriora sig-
na.

Tertia ratio, ut per exteriores gestus
corpales excitemus in nobis interiores
animæ actus reuerentiales. Sicut eñi cor
pus est ppter animam, Ita exterior cul-
tus per opera corpalia ordinaẽ in prin-
cipaliorem illũ cultum interiorem, Nõ
ergo debemus stare in illis exterioribus
Cærimonijs, sed p istas excitari ad inte-
riores bonas animæ actiones, Ita ut per

exte-

exteriora signa humilitatis, quibus cul-
tus corporaliter exhibetur, excitet affe-
ctus ad subijciendum se Deo, & ad alias
intentiones p̄dictas & affectiões bonas,
tunc erit exterior cultus Deo acceptus.

Tertia bona quæ habem⁹ a Deo, sunt
bona exteriora, Et de istis quoq; debem⁹
Deo seruire, ut per oblationes, sacrifitia,
per decimarũ solutiones, per eleæmosi-
nas, p candelarũ incensiones, & per si-
milia in Dei reuerentiam fieri ꝯsueta.

Iterũ hic diceret quis. Dictũ est, quod
istis uerbis, Ego sum dñs Deus tuus etc,
p̄cipit nobis, ut diuinũ honorem exhi-
beamus soli Deo, Et nunc dictum est qđ
debeamus Deũ etiam honorare p exte-
riora, ut per genuflexiones etc, Et quia
illa etiam sanctis exhibem⁹, Immo & a-
lijs hominibus, facimus ne per hoc con-
tra diuinũ p̄ceptum, cũ talem exteriorẽ
reuerentiam exhibemus non solũ Deo,
sed Creaturæ quoq;, quia sanctis, alijsq;
hominibus?

Respondet, Diuinus honor soli Deo
exhibendus est tanq̃ supremo Dño nro
Cum hoc ergo stat ꝙ honorem huius-
modi exteriorem possumus etiam exhi
bere

bere creaturæ, sed sub alia intentione. Licet ergo exteriores honores, quos deo exhibemus, etiam aliqui secd'm speciem exhibeant Creaturis, quia quéadmodũ Deo inclinamur, aut genibus ꝓcũbim⁹ etc, ita & hominibus, hoc tamen alia intentione fieri debet, Nam quũ Deo flectimus genua, hoc facim⁹ hac intentiõe quod recognoscim⁹ infirmitaté nr̃am respectu Dei, & quod non possemus stare in uirtute, aut bono, sed mox caderemus, nisi ipsæ nos manu teneret. Et quũ nos Deo ꝓsternimus, tali intentione id faciendũ est, ut recognoscamus nos nihil esse ex nobis, & ꝙ ab eo ex nihilo simus creati, & qd' in nihilũ uerteremur, nisi sua infinita potentia & bonitate cõseruaremur, Et quando nos Deo inclinamus, hac intentiõe facimus, qd' recognoscimus nos paruos esse & impotentes atq; defectibus plenos, respectu immensitatis uniuersalis suæ ꝑfectionis. Et sic de alijs quoq; intelligendum.

Quando uero talia creaturæ exhibem⁹, tali intentiõe id agimus, quod quãdam superioritatem recognoscimus in eo cui talia exhibemus, ꝑ quam nos iu

uare poteſt;nõ tanq̃ principalis author;
Et ſic ſolemus ea exhibere ſanctis, qui ſunt nobis ſuperiores,& ſunt amici Dei & qui ideo nos ſuis p̃cib⁹ & iuuare poſſunt interceſsione,& a Deo principali authore bona mltiplitia impetrare. Talia quoq; exhibere ſolemus hominibus ſuperiorib⁹ nobis,qui nobis nunc poſſunt in aliquib⁹ neceſsitatibus ſubuenire.

Eſſet autẽ decens & iuſtũ, ut id fieret moderate,ut nõ modo in cultu interiori,ſed etiã exteriori eſſet differentia in preſtandis honoribus Deo & creaturæ. Quod tamen non ſemp prochdolor ſeruat.Nam ut ait Auguſt.10.de ciui.dei, Multa de cultu diuino uſurpata ſunt, quæ honoribus deferunt humanis,ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera.

Adhuc inſtabit aliquis, Dicit in primo p̃cepto,Nõ facies tibi ſculptile,neq; omnem ſimilitudinem etc. Chriſtiani autẽ faciũt ſibi ſculptilia, imagines etc, ergo uideat q transſgrediantur hoc præceptum primum.

Lut in veteri lege imagines non erant

Ad hoc reſpõdendũ notandũ,q olim
quia

quia dñs Deus erat inuiſibilis, ideo figu-
rari non potuit. Et hæc eſt una cauſa, q̃ꝛ
re in ueteri Lege rariores erant imagi-
nes. Sed poſtq̃ Deus factus eſt homo, in-
uiſibilis fact9 eſt uiſibilis, nat9 eſt, cum
hominibus conuerſat9 eſt, in Cruce paſ-
ſus eſt, ideo ſcd̃m eam formam huma-
nam iam poteſt figurari. Et ita licitum
eſt habere imagines.

Præterea, Chriſt9 dñs p̃ſciens futuros
Hæreticos qui imaginibus detrahere de-
buerunt, ipſæ primus uſum imaginum
exhibuit, Nam, ut refert Damaſcen9 li.
q̃rt. Theologiæ ſuæ, Chriſtus dominus
Abagaro Ediſenorũ Ciuitatis Regi, qui
Pictorem miſerat, ut dñi ſimilem pinge
ret imaginem, Non ualente auté Picto-
re, ob reſplendentem faciei ſuæ clarita-
tem, ipſæ ueſtimentum ſuæ faciei diui-
næ & uiuificæ applicãs, in ueſtiméto ſui
ipſi9 imaginé abſterſit, & ſic deſideran-
ti dicit᷑ miſiſſe Abagaro.

Ipſe Saluator primus uſum imaginũ exhibuit

Hanc Hiſtoriam pluribus ꝓſequitur
Euſebius Cæſarieñ, libro primo Eccleſi-
aſticæ Hiſtoriæ, ꝑ tria capita ultima, af-
firmans ſe iſta habuiſſe ex Archiuis pub
licis Ediſſenæ ciuitatis, in qua tunc Aba

garus regnauit,ubi etiam repperit,quō mitissimus dñs Iesus Abagaro rescripsit Se in pſentia ad eum uenire non posse, expleto autem opere, ad quod a patre destinatꝰ erat,post ascensionem suam, se missurꝫ unum discipulorū,qui eum a morbi molestia leuaret,Misit autē sctūs Thomas illuc S.Thadeum unum ex septuaginta discipulis,qui Abagarꝫ & sanitati restituit,& in recta fide Christiana formauit.

Hic ergo habemus authorem imaginum,ipsum Christum saluatorem nrm quo principe & ductore tutissima est ecclesia imaginū usu.Adseruat hodie hæc imago Genuæ,in Ecclesia.S. Bartholomei de Ereminеis.

Insup,cantatissima est Historia Veronicæ,quæ cum Dño nostro,in amarissima passione laboranti in exitu,sudariū exhibuisset,quo sudores doloris abstergeret, saluator iam de hoc mundo exiturus,uisibilē sui imaginem, charis suis reliquere uoluit,& faciei suæ sacræ imaginem sudario impssit,ac Veronicæ restituit,sicut hodie in urbe Roma adseruat & peregrinis aduentantibus, statis diebus

diebus religiosissime monstraẗ. Sicut autem imagines ab ipso saluatore nr̃o cœptæ sunt in Ecclesia, ita imaginum ueneratio, Crucifixi beate uirginis, & reliquoꝝ sanctoꝝ ac famuloꝝ Christi ab Apl̃is crediẗ esse ꝑfecta. Quæ sancta Apostoloꝝ traditio, etiam si scripta non inueniaẗ, non tamen ꝑtinus neganda est, cum multa talia habeat Ecclesia per receptionem.

Roboranẗ hæc omnia ex eo, quod S. Lucas discipulus Domini, & Euangelista, diuæ uirginis effigiem efformauit, ac in Tabellis depinxit, sicut una religiose adseruatur Romæ in Ara cœli.

Vetus quoq; Testamentũ non omnino fuisse sine imaginibus, luculentissime nobis p̃ceptũ dominicum indicat, Exod. 27. Vbi ad Moysen inquid Dñs. Duos Cherubin aureos, & ꝑductiles facies ex utraq; parte oraculi. Cherub unꝰ sit in latere uno, & alter in altero.

Vide quã signatæ describit sacra scriptura has duas imagines afformandas. Ita & Salomon plures imagines in templo posuisse dicitur.

Quam antiquus autẽ sit imaginũ in

Ecclesia usus. Patet, ex hoc primo, q Cõstantino primo Christianissimo Impatori imago Crucis cœlitus est ostensa & dictum est ei. Constantine in hoc signo uinces.

Scđo, q August. lib. 2. de uisitatione infirmorũ testať, ut morituris, & Crucis & crucifixi imago exhibeať, qué morem omnes adhuc obseruant ueri Christiani in hunc diem.

Signũ Sctę crucis an se hře morituris suadent docto:

Verba August. sunt. Habent Christianorum arcana illius dominicæ Crucis, q̃si quoddã uenerabile monimentum quod de Crucis ipsius imagine, Crucem cognominant, quod & nos omni ueneratione dignissimũ fatemur. Adijciť eñ supra Crucem, pacientis hominis imago, per quod salutifera Iesu Christi nobis passio renouať. Hanc complectere humiliter, & dic. Tu bone Iesu, qui ꝓ me pendens ita passus es, misereri mihi digneris, & p̃sta, ut qui mihi mortuus es, & ad hoc mortuus es, mundo moriens tibi uiuam.

Tertio, Sctũs Hiero. suadet Eustochio ad omnem gressum, pingere Crucis signum, Et sctũs Ambro. in oratiõe de cru

ce

ce hortatur nos, ut in Iesum qui nos a morte liberauit, semp aspiciamus.

Præterea longum esset enarrare, quõ Deus mirabili sua potentia, uiolatores sacrarũ imaginum ultus est. Notissima est Historia in comitatu Zolrensi. Constantieñ Diocesis, quando sagittarius a diabolo psuasus, sagittam imagini saluatoris infixit, unde cruor sanguinis mox effluxit.

Quod si Deus irat9, hoc tempore nõ ulciscit imaginũ erasores, cogitent homines maleuoli id quod ueteri usurpatum est ꝓuerbio. Deos lanatos habere pedes. Et qđ Valerius Maximus inquit. Lento gradu ad uindictã diuina ꝓcedit ira, grauitatemq; supplicij tarditate cõpensat.

Est autẽ rationabilis usus imaginum in Ecclesia & rationi consentaneum est utile & ferme necessarium habere imagines, propter has rationes. usus imaginũ rationabilis e

Prima ratio, quia non omnes literas norunt, neq; lectioni incumbunt. Ideo patres nostri consenserunt, ueluti quædam ttophea hæc in imaginibus repræsentare ad ꝓmptam memoriam, Et hoc

est quod uulgo dicit, pictura est Laicorum scriptura, quia in ipsa ignorantes uidet quid sequi debeant, Nec scio quomodo rudes in tanta multitudine, de sacris fidei nostræ misterijs, informari possent melius & recordari tenatius, quam per huiusmodi imaginum usum.

Secunda ratio quam Damascenus ex Basilio adfert, quia imaginis honor ad Exemplaris transfertur honorem, Quare cultus ac obsequia imaginibus exhibita, cum sanctorum, tum crucifixi, ad ipsum crucifixum, & sanctos, uelut ad prothotypum imaginisque ueritatem, transferuntur.

Huius rei gratia Mosaycus populus tabernaculum in circuitu adorabat, imaginem & formam gerens cœlestium. Quare ista imaginis in imaginatum facta relatio, usum imaginum purum reddit & syncerum.

Quia ergo imaginum usus memoriam Christi ac sanctorum frequentius suggerit ut dictum est. Ideo in Ecclesijs, in publicis stratis, signum triumphale Crucis. Imago uirginis Mariæ, aut alterius sancti erigitur ut dum fidelis imaginem aspexerit, illico mens eius ad recordandum redemptionis misterium

In Niceno synodo forma expressa his duobus carminibus colendi imagines, que ex greco in Latinum ita versa fuerunt X

misterium excitetur. Ergo qui imagines auferre monet, nil aliud laborat, quam ut memoria passionis Christi, & sctõrũ suorũ minuat, quod est opus diaboli.

Tertia ratio, quia imagines ꝑuocant homines ad castæ, piæ ac uere Christiane uiuendum, Quéadmodũ eñ prisci, in republica bene constituta Heroũ ac fortium uirorum præclara facinora, statuis, colũnis, picturis & carminibus referebant, ne ingrati uiderent, & posteri aculeo illo instigati facta eorũ imitarent Ita in amplissima Christi republica, sctã Ecclesia, inquit Damasc. statuas sanctis erigimus, & uisibiles imagines, ut nos ipsi animatæ statuæ & imagines, ipsorum uirtutum imitatores efficiamur.

Præterea. Imagines, deuotionem excitant, Quis eloqui potest tantam animi deuotioné, quá sanctus Bernhardus ante imaginem Christi in Cruce sepissime concepit? Quis cogitabit ardorem in sancto Francisco dum Christi imaginem, tam forti imaginatione cõplexus est, ut ab illo stigmatis suæ passionis instar donatus fuerit? Mille sunt huius rei Exempla. X

Nam deus est quod imago docet, sed non deus ipsa, hanc uideas, sed mente colas, quod cernis in ipsa, vide polydor de inuentione rerũ. Libro 6. Cap: 13.

I 5 Sed

Obijciunt heretici

Sed iam ſoluenda Argumenta, quibꝰ aduerſarij imaginũ aduerſus nos utũt.

Arguunt primo ſic, Exod. 20. ꝓhibentur fieri imagines. Nam ibi dicit̃, Non facies tibi ſculptile neq; omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſup, & quæ in terra deorſum, neq; eoꝝ quæ ſunt in aquis ſub terra.

Reſpondet̃, abuſus imaginũ, nõ imagines ꝓhibent̃. Patet ibidem ex Exod. Vbi non ſimpliciter ꝓhibet fieri ſculptile ſeu imagines, ſed tale ꝓhibet, cui diuinus cultus, more idolatrarũ exhibeatur. Nam ſubdit ibi. Non adorabis ea neq; coles. Et ꝙ hoc ſit uerum, patet, Nã mox ſequenti capitulo uidelicet. 25. 27. iubet fieri imagines Cherubin. Itaq; noluit Deus, ut populus ad idolatriam ꝓnus, frequenté uſum imaginũ haberet, ne in uanitatem Ethnicorũ, ſicut alias ſæpe euenit, laberet̃. Nunc auté non ſubeſt tantum periculũ in lege gratiæ, ubi non ſunt homines tam ꝓpenſi ad idolorum cultum.

Differentes ſunt Ethnicoꝝ, & Chriſtianoꝝ imagines. Imagines Ethnicorum erant demoniorũ habitacula, in quibus

Pagani

Pagani diuinitatem latere sunt arbitrati. Christianorum autem imagines, sunt Christi Dñi, gloriosæ uirginis Mariæ & sanctoꝝ Dei repñsentationes, quib⁹ imaginib⁹ non seruimus ut dijs, ut enĩ neq; materiam ex qua scriptum est Euangelium, sic nec Crucis materiam adoram⁹ sed ꝙ typo figuraq; exprimitur.

Scďo arguũt. 4. Reg. 18. Ezechias Rex laudatus est ꝙ non fuerit post eũ similis Rex in Iuda, hic tamen dissipauit excelsa, & contriuit statuas, confregitq; serpentem æneũ quem fecerat Moyses.

Rñdeť, ꝙ de Serpente obijcitur, adeo usum imaginum non reijcit, ut quam maxime confirmet. Nam Numeri. 21. diciť, ꝙ locutus est Dñs ad Moysen, fac Serpentem æneum, & pone eum ꝓ signo, qui ꝑcussus aspexerit eum, uiuet. Expende Deum hic iussisse fieri sculptile, sed pro signo id haberi uoluit, ut clare uerba explicant, Quod cum populus in idolatriam ꝓpensissimus postea Serpétem non pro signo teneret, sed pro Deo coleret, iuste Ezechias id destruxit, quod iubente Deo fuerat factũ. Ecclesia auté, in primo perseuerat instituto, imagines pro

cautela ob seruanda

pro signo, non pro Deo habens. Alio-quin si alicubi plebecula, imaginem nõ pro signo, sed pro Deo habere niteretur destruenda esset imago.

Tertio arguunt, Saluator Iohan. 4. Mulieri dixit. Mulier crede mihi, quia uenit hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate, Nam & pater tales querit etc.

Rñdet, hoc uerbum saluatoris, ima-gines non excludit. Veri em̃ adoratores per imagines uel moniti, uel instructi, adhuc adorant in spiritu & ueritate, si orationes ad prototypum iuxta diui Basilij institutum, referunt. Vbicũq; enim oret homo, spiritu oret & ueritate, maxime in lege gratiæ exclusis figuris Mosaycis, & dispulsis tenebris ac falsitatibus gentilibus.

Quarto Arguunt, Multa incõmoda & grauia pericula uident oriri ex imaginibus, ut periculum idolatriæ, si quis diutius cogitando imagini crucifixi in-hereat, uel deuenire possit ad cogitatus impuros & obscenos, & a spiritualibus ad corporalia & carnalia. Ita & in turpi ac indecenti sanctarum uirginum pictura contingere potest. Rñdet

Rñdeť. Non imaginis uſus uel intui-tus hoc opatur. ſ. impuros cogitatus, ſed nimia inhæſio meditantis, p quã & cor orantis impediť, ne ſurſum ferať, quaſi funibus circũligatum, aut deorſum per impuros cogitatus trahiť. Quare pro ſigno tantum debet uti fidelis imaginibus, ut per has inſtruať, moneať & excitetur, per quas mox euehať in ſpiritu ad Deum & ſanctos cogitandos. Alioquin ſi moroſior circa ſignũ extiterit, ut arguendo aſſumiť, non mirum ſi ſignatum amittatur.

Si autem ſit aliqua imodeſtia pictorum, non probamus.

Tantum de prima parte huius primi precepti.

Secundo dicamus/qui

ſunt ipſi⁹ primi præcepti trãsgreſſores.

Multi ſunt transgreſſores tales.

Primo peccant contra hoc primum præceptum, qui conſulunt incantatores, inuocatores demonũ, ſortilegos & Magicos, ſiue uiros, ſiue mulieres, ad inueniendum rem pditam, uel ad ſciendũ furem

furem qui furatus est bona eorum,uel ad sciendum aliquid occultum,Quoniam huiusmodi uenefici,Phitonici & habentes spiritus familiares,habent pacta cũ Demonibus atq; commertium,& p eos dant sua responsa,abnegaueruntq; fidẽ, Non debet autẽ Christian9 recurrere ad ministeria demonum,qui sunt fallacissimi. Ideo hoc strictissime ꝓhibet Dñs, Leuit.19. Vbi dicit᷑. Non declinetis ad Magos,nec ab Hariolis quicq̃ sciscitemini,Et Leuit,20.Anima quæ declinauerit ad Magos & Hariolos,& fornicata fuerit cum eis,ponam faciem meam contra eam,& interficiã illam de medio populi mei.

consulen. as-trologos &c. Similiter qui consulunt Astrologos ad sciendum futura ex iuditio siderum, qui Astrologi ex praxi natiuitatum predicunt uitam imꝓbam uel probam,uide contra hos Chrisostomũ sup Matth. capit.26.

obseruantes certas horas &c. Similiter qui obseruant dies & horas ad aliquid faciendũ tanq̃ faustos,uel infaustos,faciunt contra istud præceptũ, quia curiosi sunt & superstitiosi,tendentes ad quandam infidelitatem,quia credunt

dunt quæ non debent credere. Credunt em̃ quædam tempora esse fortunata uel infortunata rebus aggrediendis, uel inchoandis. Credunt em̃, q̄ si certa hora exeat ad bellum, ad mercandum, aut nauigandum etc, q̄ tunc ꝓspera sint euentura, & si alia hora, tunc aduersa, Ac si uictoria belli, aut tuta nauigatio, & cætera huiusmõi, sint a uirtute temporis, & nõ a Deo, qđ est apta idolatria, illđ scz auferre Deo, & attribuere tempori infimo accidenti, cuius esse consistit in cõtinuo fluxu & defectione.

Ad hanc supstitionem pertinet error ille de dieb⁹ Aegipciacis, quos multi infaustos seu infortunatos dicunt, ꝓpter plagas, quibus credunt illis dieb⁹ flagellatã fuisse Aegiptũ, & Aegiptios, quod est euidens error & summa stultitia. Si em̃ diebus illis Aegiptus plagata fuit, tamen aliæ terræ non sunt plagatæ. Si ergo dies isti ex hoc essent infausti, hoc esset respectu Aegiptioꝝ, & non respectu aliorum.

Scđo contra hoc p̄ceptum peccant, illi qui urgente infirmitate. aut necessitate aliqua, ex consilio diuinatorũ aut

sortis

sortilegorum utuntur pomis inscriptis
aut breuibus indiscrete satis Chartulis
siue schedulis collo suspensis, aut chara-
cteribus, aut alijs quibuslibet uanis cre-
dulitatibus, q̃si ipse Deus non esset us-
quequaq; bon⁹, potens & sapiens ad eis
succurrendũ, quãtũ sit eorum necessita-
tibus expediens. Nempe tales Deo dere-
licto, ad quẽ primũ deberent recurrere,
confugiunt ad uana quædã & supersti-
ciosa, adinuentione Demonũ excogita-
ta, quib⁹ adhibent fidem firmam, & ex-
inde alligant se pctõ infidelitatis. Cæte-
rum debent fideles, in necessitate aliq̃,
aut infirmitate cõstituti, naturali indu-
stria, & uia, remediũ sibi querere, quo li-
berent ab angustia opprimẽte, reliquũ
uero diuinæ ꝓuidentiæ debent cõmit-
tere, quia ipsi cura est indeficiens de no-
1. pe: 5. bis, scd'm hoc beati Petri uerbum. Om-
nem sollicitudinem sitis, ꝓijcientes in
Deum, quoniam ipsi cura est de uobis.
Et secũdum illud dictum Prophete. Ia-
ps. liiii. cta in Dño curam tuam, & ipse te enu-
triet, & non dabit inæternũ fluctuatio-
nem iusto. Quod si fecerit, derelictus nõ
remanebit.

Tertia

Tertio, peccant contra primũ ꝓceptũ Diuinatores, qui usurpant sibi cognitionem & ꝓnunctiatioñe futuroꝝ effectuũ saltem illorum qui a uolũtate humana non dependent, aut qui non habent determiatas causas naturales, ad quas isti effectus de necessitate aut in pluribꝰ sequunt̃, & qui ab humana ratione non possunt determinate ꝓnosti, huiusmodi em̃ Diuinatores usurpant sibi quod Dei est ꝓprium, qui solus in sua æternitate uidet futura sicut ꝓsentĩa. Ideo dicit̃ Esa. 41. Anunciate quæ futura sunt in futuꝝ, scientes quoniã dij estis uos. Et huiusmodi dicuntur diuini.

Est autem huiusmodi diuinatio una speties supstitionis, & sic ꝓhibita hoc ꝓcepto, quia ut dicit Thomas secũda secũde. q. 92. Omnis diuinatio operatione demonũ ꝓuenit, scilicet quia demones expresse inuocant̃ ad futura manifestanda, uel quia Demones se ingerunt uanis huiusmodi inquisitionibus futuroꝝ, ut mentes hominũ implicent uanitate. Si em̃ aliqñ uerum dicunt, intendunt per hoc homines assuefacere ut eis credant, & ut tandem possint eos in sa-

lutis detrimentum pducere. Et ideo su per illo uerbo Luc.10.Increpauit illum Dñs dicens,Obmutesce,dicit Anselm9. Quāuis uera fateref demon,cōpescebat tamen Christus eius sermoné,ne simul cum ueritate suam iniquitatem ꝓmulgaret,Etiam ut nos assuefaciat,ne talia curem9,& si uera loqui uideaf,nefas em̄ est ut quū assit nobis diuina scriptura,a Diabolo instruamur.

Et huiusmōi diuinatiōis species sunt innumerabiles, ut patet per Isido.8.Ethimo.Aliqui em̄ p̄nunciare uolunt huiusmodi futura ex garritu auium,& uolatu,& alijs gestibus eaꝝ,& dicunf augures.Alij ex quibusdam dispositionib9 & habitudinibus corpoꝝ mortuorum, in coloribus,figuris & membroꝝ positionibus,& dicunf Necromantici,Alij ex sternutatione,aut ex membroꝝ saltu aliquid futuri p̄dicere conanf,& dicuntur Salisatores, Dum em̄ eis membrorū quæcūq; pars salierit,aliquid exinde ꝓspeꝝ seu triste significare p̄dicunt. Alij ex sortib9,ut cum aliquid fit ꝓpter hoc, ut eius euentu considerato, aliquod futuꝝ innotescat.Et dicuntur sortilegi,ut

quū

quum liber aperit,& ex illo quod pri-
mo occurrit,futura cognosci credunt.
Alij ex lineamentis manus,Et dicuntur
Chiromantici, Alij sonitu ignis, aut ex
figura ignis,& dicunt Pyromantici,Alij
ex inspectione speculi,aut spate,uel ung
uis,inuentionem futurorum,& alia quæ-
dam occulta pdicere uolunt. In quibus
diabolicorum sacrificorum impietas semper
cōmixta est. Et sic de alijs fere innume-
ris uanis & stultis speciebus supstitionū,
quas Demon homines docuit.

Ad hoc ptinent illi qui obseruatiões
quasdam casualiter & impuise homini
bus euenientes attendunt,siue ut cau-
sas,siue ut signa quædam futurorum euen
tuum bonorum aut malorum. Vt quod male e-
ueniat si in uia Lepus occurrat,& bene
si Lupus aut coluber,quod domum redeat,
si procedens se offenderit,et cætera hu-
iusmōi,Quæ omnia uel sunt aperta ido
latria,uel ptinent ad pacta cum demo-
nibus inita ut uult August.in secundo
de doctrina Christiana.

Quarto transgrediunt hoc primum
pceptum,qui irretiti laqueo Sathanæ,
cadunt in Baratrum desperationis,re-

putantes diuinam misericordiam esse min⁹ sufficientem, ad remittendū pctā sua, quorum mole & enormitate deterrentur. Tales enī psimiles sunt ipsi Cain dicenti ad Dñm, Geñ. 4. Maior est iniquitas mea, quā ut ueniam merear. Similes etiā sunt infœlici Iudæ ꝓditori Matth. 27, qui pœñia cōmissæ traditiōis duct⁹, post redditos. 30. argenteos abiens, laqueo se suspendit, Qui si recurrisset ad fontem misericordiæ Christum, impetrasset haud dubie sui peccati ueniam.

Peccant etiam & illi contra hoc præceptum, qui tanq̄ diffidentes de diuina ꝓuidentia, q̄si minus esset sufficiens ad subministranda eis uitæ p̄sentis necessaria, anxiam gerunt sollicitudinem & nimiam pro acquirendis huius mundi bonis. Quos Christus Matth. 6. rep̄hendit, pariter & docet Exemplo liliorum agri & fœni, & uolatiliū cœli, abijciendam esse nimiam illam curam necessariorum corporis, diffidentiæ in Deum coniunctam Similiter & illi peccant contra hoc præceptum, qui per impacientiā murmurāt contra Deum, contradiceñ iudicijs dei & regimini erga se aut suos, uel alias creaturas,

aturas, quia hic precipit Deum revereri tanq̃ supremum Dñm infinitæ iustum, bonum, & universaliter pfectum. Ipsi auté murmurant, tanq̃ De⁹ non sit omnino iustus bonus & misericors.

Quinto contra istud præceptum faciunt, qui nimium habent amoris affectum ad homines, uolentes pocius deũ offendere q̃ hominibus displicere, Contra quos clamat Propheta Psalmo.71. Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominib⁹ placent, cõfusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Et Adam prim⁹ parens noster q̃re cecidit, & totam posteritatem ptraxit in ruinam Geñ.3.? Quia obediuit uoci uxoris suæ plus q̃ uoci Dei, qui phibuerat ei esum fructus de arbore scientiæ boni & mali. Hinc Dñs Matth.10. dicit. Qui amat patrem suum & matrem suam plus q̃ me, non est me dignus. Et in uniuersum, quicũq; inordinato amore pfert creaturam creatori, est puaricator huius præcepti.

Et ut breuibus in speciali referamus huius præcepti transgressores, hæc notentur.

Qui aliquid fæcit, uel fieri pcurauit

per artem Nigromantiæ.26.q.7.nec mirum.

Si uoluit per Demoné certior reddi, de futuris, ut de bello, de uxore ducenda etc. Vide Bonauen. in scđo dist. 7.

Si retinuit apud se, libros incantationum, maxime intentióe experiendi, sp est in peccato mortali.

Si rem pditam, uel aliam rem occultam scire uoluit, faciendo inspicere in Cristallo, uel in Phil. ala p puerũ, uirginem. Bonauen. in scđo. dist. 7. q. ultima.

Si p somnia sua uoluit de occultis diuinare, uel de futuris. Tho. ij. scđæ. q. 97 Ar. 6. Tametsi somnia qñdoq; fieri possint a Deo.

Si ex garritu auium, uel uolatu, uel aliquo motu Bruti, pdicere uoluit bonũ uel malum, quod ex libero arbitrio hominis dependeat, uel a Diuino nutu. Thom. eadem quæstione.

Si Astrolog9 ex consideratione astrorum, uel diei natiuitatis p certitudinem pnunciat uitæ cursum, mores, & euentus hominum, supstitiosum est. 26, q. 5. Non liceat.

Si docuit sortilegium, Lex tales capitali pœna iubet puniri. Si

Si usus est sortibus ad aliqua scienda
uel ad alia quæcumq; fecit imagines cæ
reas.

Si fecit,uel fieri iussit malefitiũ Deu.
18.Malefitiũ alio malefitio destrui seu
tolli non debet,Bonauen.in.4.dist.34.
Arti.secundo.q,2.

Si fecit prestigium,scilicet ut oculi p̃-
stringant̃.Si ꝓpter amoré libidinosum
propinauit poculum malefitiatum,ne
mulier possct concipere,aut ut concep-
tum abortiret.ca.Si aliquis extra de ho
micidio.ff.de pœnis. L.Si aliquid.§.Si
abortiones.

Si ꝓpter infirmitatem curandam,ꝓ-
curauit sibi uel alteri incantatiões,maxi
me cũ sacramentis uel sacramentalibus
ut est oleũ sanctũ,uel aqua baptismi etc

Si breuia portauit ad collũ,fidem ad
hibens ad expellendam febrem,ubi cha-
racteres fiunt nõ intellecti,uel ꝙ sic por
tans ea,perire non posset.

Si dubitauit in fide.

Si credidit hominem in qualibet Se-
cta posse saluari.

Tantum de Primo
Præcepto.

De Secundo Prae-
cepto.

Secundum Prae-
ceptum est.

Exodi .xx. Non assumes nomen Dñi Dei tui in uanum, Neq; em̃ habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra.

Hoc Præcepto omnes inducit Dominus ad honorificentiam nomins sui, in eo ipso, q̄ per iuramentũ non assumat in testimoniũ pro re leui & futili, quia huiusmôi testificatio facta in re uana & inutili per nomen Dei uergit ad irreuerentiam nominis ipsius Dei.

Et ideo in sacra scriptura, tam ueteris quam noui Testaméti, uana deieratio, siue iuramentũ per nomen Dei, & p creaturas sepius ꝓhibet, etiam cũ adiectione & expressione pœne, quam incurrũt leuiter & uane iurantes. Siquidem Exo. 20. dicit, Nec em̃ habebit insontem, id est, innocentem & a pœna absolutum, Dñs eum qui assumpserit nomen Dñi Dei tui frustra, id est, inuanũ & ꝓ nihilo siue

siue pro re nullius ponderis, Similite Deuter. 5. cap. dicit, Non usurpabis nomen domini Dei tui frustra, quia non erit impunitus qui sup re uana nomen eius assumpserit, Et Ecclesiast. 23. dicitur Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Ecce damnat assuefactionem iurandi, quæ apud multos tantum inualuit ut uix unam pferant sententiam sine iuramento & nominatiõe Dei aut alicuius sanctorum, Qui in excusationem sui peccati, dicunt se non posse abstinere a tali genere & modo loquendi. Sed id dicendo, seipsos pocius accusant p hoc, quod propter assuefactionẽ, conuerterunt prauam consuetudinem quodammodo in naturam. Et talis consuetudo non excusat aut alleuiat malũ, sed pocius aggrauat & adauget, ob frequentem ipsi9 iterationem.

Alij uero uolentes iustificare suã causam, id allegant, q sic iurando uolunt exornare suum sermonem, putantes iurationem esse elegantiam & ornatũ locutionis humanæ. Sed a Sathana ad id dicendũ sunt persuasi, quia frequens iuratio est elegantia diabolica. Vnde dicitur

citur Ecclesiast. 23. Vir multum iurans, implebitur iniquitate & non discedit a domo eius plaga.

Apud Ethnicos infamiæ notabanẽ, qui per Deos prophanos, aut Iouem, lapidem iurassent, apd' eosdem quoq; erat consuetudo, ut pueri qui uellent iurare per Herculem, nõ sinerenẽ id facere sub tecto, sed iubebanẽ ire sub dium, ut uel hac mora discerent iurare parcius & circumspectius, & apud quosdam Christianos iurare sine causa iocus est.

In nouo uero Testamento, Christus iuratiõem indiscretam & leuem atq; irreuerentiæ plenam prohibet districte, Matth. 5. Ego autem inquit dico uobis, non iurare omnino, neq; per cœlũ quia thron9 Dei est, neq; per terram, quia est scabellum pedum eius, neq; per Hierosolimam, quia ciuitas est magni Regis. Neq; per caput tuum, quia non potes unum capillũ album facere aut nigrũ, Sit autẽ sermo uester, est, aut nõ, Quod autem his abundantius est, a malo est. Hæc ibi.

Dicemus de hoc p̃cepto, pro clariori intelligentia duo, Primo q̃uo intelligẽdum

dum sit hoc præceptum. Secundo qui sunt qui transgrediunt̃ hoc præceptũ.

De primo nota, ꝙ circa materiam iuramenti concernentem hoc scd'm p̃cep tum duo sunt errores inter se oppositi.

Primus eoꝝ qui dicunt, quod in nullo casu licitum sit iurare, & quod omne iuramentum, quacũqꝫ ex causa fiat, sit illicitum. Et hij plane Hæretici innitunt̃ uerbis Christi p̃dictis, Matth. 5. Ego autem dico uobis nõ iurare omnino, Sed male intellectis. Ibi em̃ non prohibetur simpliciter omne iuramentum, sed solum iuramentum sine causa debita factum, Nam sicut in præcepto. Non occides, prohibet̃ occisio hominis nuda, sed non uestita circũstancijs iustitiæ. Ita præceptũ Christi prohibens iurare refertur ad iurare nudum, & non ad iurare uestitum circumstancijs.

Bonauẽtura dicit, hũc errorem fuisse Manicheoꝝ ꝙ in nullo casu licitũ esset iurare, eo ꝙ Dñs uniuersaliter iuramentum prohibuerit per Textum iam allegatum. Et ille error uenit eis ex manifesta ignorantia. Non em̃ intellexerunt ꝙ alium sensum facit negatio p̃posita signo

ſigno uniuerſali, aliũ poſtpoſita eidem, præpoſita enim facit equipollere parti‑culari negatiuæ, ut nõ omnis homo cur rit, ualet iſtã, Aliquis homo currit. Sed poſtpoſita, facit equipollere ſuo ꝯtrario ſcilicet uniuerſali negatiuæ, ut omnis homo non currit, equiualet huic, nullꝰ homo currit. Ita in propoſito, Dñs cau‑te loquit̃, ꝑponẽdo negationem ſigno, dicit enim. Ego autem dico uobis, non iurare omnino. Et ſic eſt ſenſus, ꝙ non omnimodo, id eſt, non in omni caſu eſt iurandum. Et hoc eſt uerum, quia non leuiter, non ſine rationabili cauſa etc.

Vnde Auguſt. lib. de mendatio dicit. Non eſt uniuerſale p̃ceptum Dñi, cum math: 5. dicit, Ego autem dico uobis, Non iura‑re omnino, quia ꝑpterea diuinæ ſcrip‑turæ, non ſolum p̃cepta continent Dei, ſed & uitam, moreſq; iuſtorũ, ut ſi forte occultum eſt qũo intelligendum ſit qđ p̃cipit̃, in factis iuſtoꝝ intelligat̃. Iura‑uit em̃ Apoſtolꝰ in Epiſtolis ſuis dicens primo ca° 2. ad Corint. Ego teſtem Deum inuoco in animam meam. Et ad Rom. 1. Teſtis eſt mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo Gen. xlii etc. Et Ioſeph iurauit per ſalutem Pha‑raonis

raonis. Ex quoꝝ factis ostendiť, quomõ accipiendum sit dictum Dñi præceptũ, scz ne iurando ad facilitatem iurandi ꝑ ueniať, & ex facilitate ad consuetudinẽ atq; ita ex consuetudine in periurium decidať. Hæc Aug.

Et ideo hæc Hæresis, etiam hodie pul lulans est sæpius damnata in Concilijs generalibus Ecclesiæ & p̃sertim in Con cilio Constantiensi contra Iohannem Viccleph. Et merito, Nam iuramentũ etiam ipsi Deo attribuiť sæpe in sacris scripturis, ut Geñ. 22. Per memetipsum iuraui dixit Dñs ad Abraham, Et Psal. cix.
Iurauit Dñs & non pœnitebit eũ. Et iteꝝ. Iurauit Dñs Dauid ueritatẽ, Nul ps. cxxxi.
lũ autem pctm̃ Deo attribuiť. Igiť iura mentum de se & simpliciter, non est illi citum.

Præterea, p̃cepit Deus filijs Israel q̀ exigente causa legitima iurarent ꝑ no men eius, & non per nomina idolorũ, Et iuramenta sibi facta p̃cepit seruari, Deutero, 6. cũ dicit, Dñm Deũ tuum ti mebis & per nomen eius iurabis. Et rur sum, Nume. 30. Reddes autem Domi no iuramenta tua, Nullũ autem actum

pecca

peccati pcipit Deus, sed phibet omnino Non omne igit̃ iuramentũ est pctm̃.

Insup per Hieremiam ca.4. declarãs Dñs quid popul9 Israel facere debeat, inter cætera ad eũ loquens dicit, Et iurabis, uiuit Dñs, in ueritate, & in iuditio & in iustitia.

Vbi tres exprimũt̃ conditiones obseruande ad hoc, q iuramentũ sit licitũ & rectum. Primo q fiat in ueritate, & nõ cũ falsitate aut fallatia. Scd'o q fiat in iuditio, id est cũ discretione & pmeditatione per rationem ante facta. Tertia q fiat in iustitia, id est in æquitate & non iniquæ.

Postremo, ad confirmationem fœderis initi aut pacis inter dissidentes. Præstat̃ licite iuramentũ ab utraq; parte, de conseruanda integre pace facta.

Etiam Iudex, licite exigit iuramentũ in iuditio ab his qui ei psentantur, qd̃ dicent ueritatem de his sup quibus interrogabunt̃. Et tales etiam licite iurant q uere ad interrogata respondebunt.

Similiter qui de nouo ascribuntur alicui communitati, ut in uniuersitate, aut Ecclesia Collegiali, aut Cathedrali, licite

licite pstant iuramentum q seruabunt iura & Statuta illius communitatis ad quam assumuntur.

Dices, Quū ergo licitum sit iurare ut pbatum est Quare igit licitum est iurare? Rñdetur quia scdm Apłm ad Ephe. 7, iuramentum est ordinatum ad confirmationem, ut scz dicta nostra confirment, & certitudo habeat de ipsis. Et quia dicta nostra de factis particularib9 hominū & contingentibus, non sunt p se nota & certa, nec possunt ratiōe euidenti pbari & certa fieri, nec etiā ad certitudinem de eis habendam sufficit humanū testimonium, ppter defectū ueritatis humanæ, multi em̄ in mendatium labunt. Et etiam ppter defectum cognitionis, quia homines non possunt cognoscere futura, aut cordium occulta, uel etiam absentia, & ideo ad faciendū de eis certitudinem, inducimus in eorum testem Deum, qui fallere non potest, & qui omnia noscit, nec aliquid ipsum latere potest. Et ideo iurare saltem p Deū est Deum ad confirmationē alicuius dicti in testem inuocare.

Secūd9 error circa materiam iuramē

ti,

ti, priori ex aduerso repugnans, est eorũ qui putant & facto demonstrant, in omni casu, & ꝑ q̃cũq; causa & re, siue leui, siue graui esse iurandum, sine aliquo discrimine. Et dicunt causam, quia iuramentum est pro assertione ueritatis eorum quæ dicunt, & ad inducendã fidẽ atq; credulitatem eoꝝ quæ ꝓferuntur, quoniam inquiunt si non iurarent, nõ crederet eis.

Verum id dicentes, maxime derogãt diuino honori & inhonorant nomen eius, ꝙ pro re minima & uulgari assumunt in testimonium. Et ita faciunt ꝙ uilipendat nomen Dñi, qđ tam irreuerenter & sine causa legittima passim in ore sic leuiter iurantiũ audit. Nam illđ non est conueniens medium asserendi ueritatem, & inducendi fidem alijs, qđ cedit in ipsius Dei inhonorationem.

Ecce duo errores.

Ecclesia uero Catholica, inter istos duos extremos errores, media incedit uia, docens interdum esse licitum iuramentum, quod scz debitis circũstantijs definitur.

Insup

Insup notandũ, q non solum est iuramentum qñ homo in confirmationẽ dicti sui, Deum adducit in testem corã judice eleuatis digitis, aut tactis Euangelijs, & sic de alijs. Sed est uere iuramentum, quãdo homo in cómuni sermone Deum adducit ex intentione in testem dicti sui, Nec putandũ est paruum esse iuramentum cũ sit extra iuditium, aut sine solẽnitate, immo iuramentum per Deum, est maximum iuramentum, ut dicit Chrisost. & magister in tertio dist. 39. Quãto eñ est maius illud per quod iurat, tanto maius est iuramentum saltẽ scd'm se consideratum, ut dicit Augusti. ad publicolam. Sed Deus est maximus, q̃re quando per ipsum iurat, est maximum iuramentum, Nec est etiam mai9 iurare sup Euangelium, aut sup corpus Christi, aut sup crucem, q̃ solũ p Deum.

Sed dices. Quare ergo facit ista Ecclesia, & q̃re iuramenta publica & talibus cæremonijs solẽnisata magis reputant? Respondet, q talia fiunt ꝓpter plura. Primo ut iurans timeat magis falsitatẽ dicere, ex hoc q sibi ad memoriam reducit

ducit benefitium redemptionis nostræ factum per Christũ, ꝓpter ꝗ nullo modo debet offendere Deũ, Scđo ut magis expressius recordet̃ se iurasse, & sciat pluribus constare, ut sic facile nõ transgrediat̃.

Tertio, ut ex hoc appareat ꝗ omnino deliberate iurauit, ne postea se excusare possit, tanq̃ inopinate & surreptiue iurauerit.

Iterũ notandum, ꝗ triplex est iuramẽtum. Primum uocat̃ assertoriũ, quando homo inducit diuinum testimoniũ ad ꝯfirmationem, p̃sentium aut p̃teritorũ. Vt quũ homo dicit, Testis est mihi deꝰ ꝗ ita est, uel ꝗ ita fuit, Aut, per Deũ ita fuit, per creatorem meum ita fuit etc. Vel quũ dicit, Deus scit ꝗ uerũ loquar, & sic de alijs similibus loquutionibus.

Scđm iuramentum uocat̃ ꝓmissorium, quũ quis diuinũ testimoniũ inducit ad confirmandũ aliquod futurũ, ut quũ homo dicit, Per Deum ita faciam, uel testis est mihi Deus, ꝗ cras uolo soluere etc.

Tertium iuramentum uocat̃ execratorium,

torium, quũ quis se, aut aliquem sui, uel ad se ptinens, obligat Deo, ut iuditium suum in illud exerceat si non sit uerum quod dicit, aut si non faciat quod promittit etc. Execratorium ergo uocatur, quando homo creaturam aliquam uel magis pprie bonũ quod ex creatura percipit, Deo obligat & impignorat, ut scz in illo puniat nisi eueniat illud p quo iurat, aut ita sit sicut iurat, ut quũ dicit. Ita uiuat filius meus. Est sensus. Nisi ita sit ut dico, aut nisi impleuero quod promitto, non uiuat filius meus. Aut quũ dicit, Sic me De9 adiuuet, Est sensus, Nisi ita sit sicut dico, aut faciam quod promitto, non adiuuet me Deus. Aut quũ dicit, per salutem meam, Est sensus, Nisi ita sit etc, non sim saluus. Et ita iurauit Ioseph Geñ xx. Per saluté Pharaonis. Genesis xlii. c

Vltra notandum, q in quolibet iuramento per nomen Dei, siue fiat in iuditio, siue extra iuditiũ, adducit in testem Deus, & ideo quodlibet iuramentũ debet cum maxima reuerentia fieri, ppter singularissimũ honorem quem homo tenet tanto Dño, Inde fit ut pueri ante pubertatis annos non cogant corã iudi

ec iurare, quoniam nondū habent perfectum rationis usum, quo cum debita reuerentia possint iuramenta pstare. Etiam isti qui semel aut pluries peierāt, non admittunt ad iurandum, quia ex prioribus ipoꝝ actibus psumit qp non exhibebunt iuramento debitam reuerentiam. Et iterum ut iuramenta cum maiori pstent reuerentia, dicitur. 2. q. 5. Honestum est ut qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honestate & timore Dei.

Postea notandū, qp tripliciter potissimum nomen Dei assumitur in uanum.

Primo quando assumitur in iuramēto uere, & pro re licita, sed supflue, & sine necessitate, atq; p re modica, & indigna testificatione diuini nominis. Et hoc cōmuniter fit ab his, qui habent prauā consuetudinem in unaquaq; loquutiōe sua iurandi, quod est abominabile uicium.

Scdo assumit nomen Dei in uanum quando fit iuramentū de re falsa, & quā iurans scit esse falsam, & tamen asserit scienter eam esse ueram. Et tunc non est solum simplex iuramentum, sed etiam per-

periurium, quod longe grauius est simplici iuramento, quoniam in periurio, assumit nomen Dei (qui summa est ueritas) in testimonium falsitatis. Et ergo recte ponit periuriũ, inter casus reseruatos ad Episcopum, quãdo fit coram Iudice, uel in scandalũ publicum, & cõtra psonam publicam.

Tertio assumit nomen Dei in uanũ, quando quis iurat se facturꝫ aliquid, qđ de se malum est & illicitũ, ut quod suũ proximũ occidet, aut ei nocebit in corpore, bonis, aut fama, Aut ꝙ nunq̃ dimittet proximo iniuriam qua eũ offendit, Talia eñ iuramenta, fiunt instigante Sathana, & inducente ad illa. Idcirco nullo modo sunt tenenda, sed agenda est pœnitentia de emissione talium iuramentorꝫ, unde laudat Dauid. 1. Reg. 25. ꝙ ad p̃ces Abigail uxoris Nabal non occidit Nabal, sicut in iracundia se facturũ iurauerat. Et merito uituperatur Herodes, Matth. 14. ꝙ concessit caput sancti Iohannis Baptistæ puellæ saltatrici, quia iurauerat se ei daturum quicquid ipsa peteret. Quare tenẽda est hæc regula Isidori. In male pmissis rescin-

de fidem, in turpi uoto muta decretũ.

Scđo Dicamus, qui sunt qui hoc secundum p̃ceptum transgrediunt̃, Sunt autem tales uarij.

Primo hoc pc̃m̃ transgrediunt̃, qui ex certa scientia iurant falsum, & hoc iuramentũ est uere periurium, & semp̃ peccatum mortale, ac ꝓpriæ per hoc p̃ceptum ꝓhibitum, Et est ualde graue peccatum, quia de sui ratione importat contemptũ Dei, & sic irreuerentiam Dei, ipsum inducendo in testem falsitatis. Nã per hoc significat̃, uel ꝙ Deus ueritaté nõ cognoscat, & sic testificat̃ falsum ex ignorantia, Aut significatur ꝙ testificari falsitatem uelit, quorũ utrũq; est magna irreuerentia, immo iniuria diuinæ sapientiæ, quam nihil latere potest.

Est autem periurium grauius adulterio. Ratio quia pc̃m̃ dicit̃ grauius qđ corrumpit ordinem digniorem. Certũ est autem, ꝙ ille ordo est dignior, qui debet esse hominis ad Deũ immediate & directe, q̃ ille qui debet esse hominis ad Deũ & ad ꝓximum mediante ꝓximo. Primusauté ordo corrũpit̃ per ꝑiuriũ, scđus per adulterium.

Est

Est etiam periurium, ut dicit Angelus in summa. cap. de piurio grauissimum post homicidiũ, licet quidá dicant grauius homicidio, Et ideo pro periurio imponit graius pœnitentia, q ieiunet xl. dies in pane & aqua, & 7. sequentes annos pœniteat, & nũq̃ sit sine pœnitẽtia. 6. q. 1. quicũq; & 22. q. 5. si quis piurauerit, Et nunq̃ in testimonium recipiat,

pro piurio penitentia qualis?

Et quãq̃ tam graue sit pctm̃ piurium, plena tamẽ sunt omnia piurioꝝ, Reuolue priscoꝝ Annales, quando inuenies tantum fuisse iurisiurandi q̃ntum nũc est inter Christianos, & ubi plus piuriorum? Iurat princeps inaugurandus, iurant Magistratus, iurat populus, excute iuratos articulos, uidebis quot erunt piuria. Iurant Principi Ciues, iurant Episcopo qui sacris inicianť. Pontifici iurant Notarij, iurant Monachi suis Abbatibus. Excute facta, inuenies piurioꝝ plena omnia, Miramur in Petro q ter Dñm abnegauerit, quẽ humano tantũ affectu diligebat, cuius spiritũ nondum senserat, quẽ nondũ uiderat resurrexisse aut ad cœlos ascendisse. Nonnullis au-

tem Christianis Iud9 uidet peierare,q̄si aliud sit peierare per nomen Dei quam illum abiurare. Ex Tripartita Histo. Beatus Narcissus quū contra eum tres iuramento falsum testimoniū confirmassent,& un9 diceret,Si non uerum est qd dico igne consumar. Alter quū diceret. Ego regio morbo peream. Tercius,Ego priuer luminibus. Omnibus euenit ita ut sibi imprecabantur.

Secūdo contra hoc Præceptū peccat, qui iurat uerum quod tamen credit esse falsum,quoniam talis uoluit Deum inducere ad testificandum falsum,& uult per Dei nomen dolose confirmare falsitatem,licet autem ille qui iurat ecōuerso falsum quod credit esse uerum,non tam grauiter peccet ut p̄cedens, ipsæ tamen peccat,eo q̄ nō deberet iurare nisi de quo certus esset,esse uerum,cuius cōtrarium facit.

Tertio peccat contra hoc mandatū, qui etiam ioco iurat falsum scienter. Immo graui9 peccat,q̄ ille qui iurat falsum ex necessitate aliqua,quia maiorē Deo irreuerentiam facit q̄ alter.

Quarto peccat,qui ex quacūq; coactione

one iurat falsum scienter iuramento assertorio. Et siquis non impleret quod coactus iurauit iuramento ꝓmissorio, similiter peierat,& mortaliter peccat. Nisi talis sit coactus per metum cadentem in constantem uirum,& nisi fuerit per habentem potestatem absolutus ab obligatione,ut dicit,S.Tho.2.2.q.98.

Cum ergo querit̃,qui coactus periurat,peccat ne,uel excusat̃ per coactionẽ? Rñdet̃ scd̃m Bonauen.dist.39. tercij.ꝙ uoluntas cogi non potest,& periurium est de se malũ.Ideo q̃ntumcũq; quis ad hoc compellat̃,non excusat̃ a peccato. Immo tali a Canone pœna imponitur, Dicit eñ Canon.22.q.5.Si quis coact9. ꝙ siquis periurat ꝓ uita corpali seruanda,quia magis dilexit corpus q̃ animã, ieiunet tres q̃dragenas,Nulla enim necessitas tollit periurij deformitatem.

Si quis coactus iurat quo penitat?

Quinto peccat contra hoc mandatũ, qui ꝓmissione iurat aliquid se facturũ, quod scit se non posse implere. Secus si potuit cum iurauit,& ex aliquo euentu factũ est sibi impossibile,ut cum quis iurauit se peccuniam soluturũ: quæ ei po

ftea ui uel furto subtrahit, tunc uidetur excusatus. Tenet tamen facere quod in se est, ut iuramentum impleat ꝑ posse.

Sexto peccat, qui ꝓmissorie iurat aliquid de se malũ & pctm̃, & maxime peccatum mortale, ut quod uelit fornicari, aut homicidium cõmittere, aut furari aut de aliquo ꝓpria autoritate uindictam sumere. Tale em̃ iuramentum, est de se periurium, & non est seruandum. Nam qui seruaret, scd'm pctm̃ cõmitteret.

Similiter peccat qui iurat se nõ facturum quæcũq; opa uirtuosa, ut qui iurat se non daturũ eleæmosinam, aut iurat se nũq̃ ieiunaturũ, aut aliquid facturum contra dilectionem ꝓximi, aut iurat se non ingressurũ religionem etc. Talis tm̃ sic iurando incurrit piurium, & graue pctm̃, & non tenet iuramentum seruare. Immo in casu tenet non seruare, ut in casu, in quo aliquod obiuratorum est in præcepto.

Si quis iurat op. uirtuosa nõ facere

Septimo peccant contra hoc p̃ceptũ, qui ex mala consuetudine aut inclinatione frequenter iurant in familiari & uulgari ad alios locutione, etiam pro re

modica

modica & nulli9 p̃cij, quoniam illi no- men Dei, & sanctorum, semp habēt in ore pro nihilo. Et ita frequentissime assu- munt nomen Dei in uanũ.

Octauo, qui absorpti passione iracũ- diæ aut ebrietate, in ludis inhonestis & p̄hibitis, ut Chartarum aut Taxillorum, enormiter iurant ex impacientia quan- do perdunt, aut in contentione contra colludentes, contra istud p̃ceptũ faciũt, & grauiter Deum inhonorant. Propter quã causam inter cæteras, debēt uiri ho- nesti & timorati fugere tales ludos a iu- re p̄hibitos, ne illorum occasione laxent suas linguas ad talia iuramenta execra- bilia. Chrisosto. Homil. 27. ad pp̄lm, Ve nobis quia Deũ contempsim9, sanctum odimus nomen, conculcauim9 Christũ, pudorem soluim9. Diuini nominis cũ reuerentia meminit nemo. Quod si ali- quem nominas etiam ad nomen exur- gis. Deũ uero tam continue tanq̃ nihil uocas.

Nono hoc p̃ceptũ p̃uaricanť, qui de- ierationib9 suis addũt execrandas bla- sphemias cõtra Dei maiestatem, & Chri sti humanitatem, & sanctam ei9 passio- nem,

nem, & interdũ contra sctõs Dei, Quod malũ usq; adeo est graue, ut in ueteri Lege Leuit. 24. Dñs responderit Moysi sciscitanti quid pœnæ irrogandũ esset cuidam ex filijs Israel, qui blasphemauerat nomen Dñi, Educ inquit blasphemũ extra castra & lapidet eũ omnis populus. Et rursum. Qui blasphemauerit nomẽ Domini, morieẽ, Quod & tunc factũ est Fit autem blasphemia tripliciter. Primo si remouit a Deo quod ei conuenit Scdo si attribuit Deo qđ ei non conuenit. Tertio si attribuit creaturæ qđ Deo conuenit. Si blasphem9 est publicus ita q multos scandalisat, solus Episcopus absoluit..

blasphemũ publicũ remittendum ee ad superiorẽ

Et sanctus Ludouic9 Rex Francorũ eximi9, constituit suo tempore Legem, q quicũq; inuent9 fuisset & conuictus blasphemasse nomen Domini, cauterio labia ei9 signarenẽ ac inurerenẽ, & ferro cadente lingua ei9 pforareẽ. Et alij Reges Francorũ & Principes Christiani aliorũ regnorũ, consimiles Leges ordinarũt multũ utiles, ad exstirpandũ hoc horrendũ uiciũ blasphemiæ. Quæ qdẽ Leges si exacte & ad unguem seruarenẽ,

non

non ita multiplicaret hoc detestabile crimen, neq; tam frequenter inferrentur plagæ toti regioni in qua regnat hoc uiciũ, aliqñ per pestes, aliqñ per famem, aliqñ per bella, quia talibus plagis magnis, Deus seuere punit illud enorme peccatum blasphemiæ.

Decimo peccant contra hoc p̃ceptũ, qui ira commoti aut ex praua consuetudine, deuouent se Sathanæ dicentes. Demon asportet me, Vel, ego dono me Sathanæ, aut sibip̃is aliquod aliud malũ imp̃cant, ut febrem, uel subitam mortem, aut q̃ strangulentur ex morsu quẽ manducant, aut mala morte pereant, si non sit uerũ illud de quo loquunt. Licet em̃ illa dicant ad quandã assertionem ueritatis, tamen malo medio & illicito sic asserit ueritas, Quoniam sicut non licet scd̃m Dei Legem alicui, q̃ p̃ximo suo inferat malũ, aut exoptet uoto, ita neq; cuiq̃ licet, q̃ sibip̃i sponte noceat, aut imp̃cet malum. Et ideo istæ imp̃cationes, sunt contra Legem charitatis in seipsum.

Vndecimo transgrediunt hoc p̃ceptum Mercatores & Mercatrices, qui cau

sa lu-

ſa lucri ſæpe committũt piuriũ, quan
do iurant rem illam uenalé ſe tanti e
miſſe, aut tanti conſtitiſſe, cũ tamen in
conſcientia ſua ſciant oppoſitũ, & pro
lucro pecuniario ſcienter damnant ani
mam ſuam. Vnde illis contingit, quod
dicit Btũs Aug. ad tales, Lucraris pecu
niam & pdis animam, Lucrũ in Arca &
damnũ in conſcientia, Sed quid pdeſt
machi: xvi · homini ſi uniuerſum mũdum lucretur,
animæ uero ſuæ detrimentũ paciat.

Duodecimo tranſgredit hoc pceptũ & mortaliter peccat, qui ut priuata perſona exigit iuramentũ ab eo qué ſcit peieraturũ, uel ab eo qué ſciebat feciſſe contrarium ei9 de quo iurabat, Quia talis eſt proximo ſuo ſcienter cauſa mortalis pctĩ, & ſic ſpiritualiter homicida, quia iurans ſuo piurio ſe occidit, & ipſæ iuramentũ exigens, manum interficiendi impreſſit. Vide Tho. 2. 2. q. 98. Arti. 4. ¶

Tredecimo tranſgrediunt hoc præceptũ, qui uota facta Deo frangunt.

De Votis notandum.

Votum eſt pmiſſio deliberatione firmata

mata; qua quis ad aliquid faciendũ uel non faciendũ se Deo obligat, de re quę spectat ad honorem Dei uel ad animæ salutem, alias propter bonũ finem.

Potest autẽ fieri per solutũ actum locutionis interioris, id est sufficit si fiat pmissio in corde quo ad Deũ & ꝯscientiam, licet quandoqꝫ exprimat actu exteriori, ut dicit Tho. Non sufficit tamẽ locutio exterior, nisi sic loquens hoc pferat animo se obligandi. Extra de Voto, & uoti redemptione, Literarũ. Vbi dicit de quodam mortis pauore pterrito, qui dixit, Non diu hic morabor. Proponens in animo ꝙ Religionis habitũ esset aliquando suscepturꝰ. Quod si plꝰ in uoto nõ est pcessum, transgressor iudicari non poterit, si nõ impleat quod dixit, quia ut dicit ibi Glo. Hoc nõ dixit animo se obligandi.

Vtrũ in forma uoti intelligat firmatio deliberata? Rñdet scd'm Rich. Votũ dicit a uolendo. In nobis autem est duplex uelle, scz plenum, quod est uelle deliberatiuum, & semiplenum, quod est uelle ex surreptione. Ita etiam duplex est uotum, scz, uotum ex deliberatione

factũ

factum,quod habet plenam rationem uoti. Et tale necessario obligat, Et uotū factū ex surreptione, quod nō habet plenam rationem uoti, & ideo nō obligat de necessitate, sed tantū ex q̃dam cōgruitate. Et sic uenire contra tale uotum ꝓpria authoritate, non est pctm̄ mortale, Nam sicut multa asserit homo iuramēto sine deliberatione. Ita multa potest firmare uota sine deliberatione.

Ex p̄dictis patet, ꝙ mulieres in partu uouentes uel quicūq; alij in angustia cōstituti, si habeant deliberatam intentionem obligandi se, obligati sunt, secus si subito motu & indeliberate. Est autem deliberatio in huiusmodi uotis secundum Rod. quando homines sanę mentis habent intentionem se obligandi, cogitantes de causa, uel periculo mouente eos ad uouendum.

Dices, Quæ est ratio, quare uotum ex deliberatione factū, obliget hominem ad pficiendum illud?

Rn̄detur, quia uotū, est quidam contractus ꝓmissionis inter Deū & hominem. Cumq; contract9 bonæ fidei inter homines factus sit firm9, ad obseruatio-

nem

nem necessario obliget, Multo magis uotũ Deo factum in his quæ uere cadũt sub uoto, obligat. Ideo fractio uoti est pctm̃ mortale, quoniam fidem cũ Deo initam uiolat. Psal. uouete & reddite. lxxv.

Et si obijciat̃, quia interdum impossibile est uotum implere, ut si uirgo uirginitatem professa corrũpat̃. Rñdetur, ꝙ illud quod uotum fiendum impediret ne fieret, si præsens esset, etiam uoto facto obligationẽ aufert. Cũq; de impossibili non sit uotũ, si quid fiat impossibile post uoti emissionẽ quod ante fuit possibile, obligatio uoti quantũ ad illđ auferẗ. Exemplũ, Si diues ædificare uouerit Ecclesiam, & postea depauperatus nequeat adimplere. Non teneẗ illđ uotum implere.

Veruntamen circa hoc est duplex distinctio. Prima ꝙ uel omnino impotẽs factus est ad hoc talis diues olim, uel in parte, Si omnino impotens ẽ Penitꝰ nõ teneẗ. Si in parte, teneẗ implere ꝑ parte Scđa distinctio, quia uel ex culpa sua impotens factus est, & tũc per pœñiam recuperare teneẗ, uel absq; culpa, & sic ad nullam recompensam obligaẗ.

Ad ꝓpositũ, Illa ergo quæ uirginitatem uouit, si corrupta est, q̃uis uirginitatem reddere non possit, attamen continentiam reddere potest, & ad eam tenetur, & ultra ad pœnitentiæ lamenta, ꝙ uirginitatem amisit, & ita satisfacit ꝓ posse.

Vtrũ uotũ uel iuramentũ seruandũ est, si uergat in exitum deteriorem? Respondetur, nullo modo seruandũ quum dicat Isidorꝰ. In turpi uoto muta decretum, quoniã nec ad illicita, nec ad minus bona, nec ad mala extendit se uotũ ut si quis uouit se propria authoritate uindicare de iniuria sibi illata, uel quippiam aliud quod est de genere mortalium pctõꝶ, Similiter si quis uouit rem uanam uel inutilem, ut non pectinare, uel non lauare caput Sabbatho etc. Similiter uota quæ fiunt ꝓpter malũ finẽ, sunt irrita, ut cũ quis uouet se ieiunaturũ ut possit interficere inimicũ & huiusmodi. Et grauiter peccant talia uouentes. Hic tamen queritur, utrũ uotũ de feriando in Sabbatho sit irritandũ uel necessario commutandũ. Rñdet scd'm Rod', ꝙ non, quũ tale uotũ sit licitum, nisi

nisi uouens suspectus sit, q̄ uelit Iudaiꝭ
zare.

Vtrū is qui non est sui iuris, possit uoꝭ
uere? Rn̄deť, q̄ uotū non potest emitti
ab aliquo nisi de his quæ suæ subiacent
uoluntati ideo qui sub alterius potestaꝭ
te est constitutus, non potest uouere, q̄nꝭ
tum ad illa in quibus illi est subiectus,
immo quo ad illa, subest uolūtati illi9.

Hoc p̄habito, queriť, utrū fili9familiꝭ
as postq̄ puenerit ad pubertatem uoueꝭ
re possit? Rn̄deť scd'm Tho. Ille qui ueꝭ
nit ad annos pubertatis, si sit libere conꝭ
ditionis, est quidem suæ potestatis q̄nꝭ
tū ad ea quæ pertinent ad suam p̄sonā,
puta, q̄ obliget se religioni per uotum,
uel q̄ matrimoniū contrahat, Non est
autem suæ potestatis q̄ntum ad dispenꝭ
sationé domesticam, Vnde circa hoc nō
potest aliquid uouere, quod sit ratum
sine consensu patris. Diciť auté fœmiꝭ
na impubes usq; ad annū duodecimum
completū, Masculus uero usq; ad deciꝭ
mumq̄rtum, uotū etiam terræ sanctæ faꝭ
cere potest, & similiter omne uotū quo
nihil derogať regimini rei familiaris.

femina existens annis xii. masculus uero xiiii. pt̄ uouere

M 2 Ante

Ante autem annos pubertatis pueri uouere non possunt scd'm Hosti. Tum propter ratiõis defectũ, Tum quia sunt in potestate parentũ & tutoꝝ. Si tamen ante annos huiusmodi haberent plenũ usum rationis, qd' cõmuniter non accidit, obligarent' uoto uel iuramento per ipsos facto quo ad Deũ, non quo ad Ecclesiam, nisi per parentes tolleret' ut dicit Tho. in ij. ij. Ante etiam illud tempus nõ possunt propria authoritate ingredi Religionẽ, nec sufficit si malitia suppleat etatem, ut dicit Io. An. extra de Regularib9, eos. li. 7. Vnde annus quindecimus est annus probationis quo ad Masculos. Tredecimus uero quo ad fœminas.

Vtrũ uir possit uouere sine licentia uxoris, uel uxor sine licentia uiri. Rñdetur scd'm Rich. quod neuter illorũ potest uouere, de non reddendo debitum sine licentia alterius, quũ in hoc sint sibi mutuo debitores. De pertinentibus tamen ad regimen domus uel familiæ, potest uir facere uotũ sine consensu uxoris quia est sui iuris quo ad hoc, & nõ econuerso. 33. q. 5. Noluit. Hæc Rich. unde

de si uxor uouerit ieiunare, peregrinari uel huiusmodi, non debet uiro ꝓhibente adimplere. Si etiam mulier de licentia uiri talia uota emiserit, debet obedire uiro ꝓhibenti, licet uir peccet prohibendo ibidem ca. Manifestum. Notauit tamen Hugo. 33. q. 5. ꝙ si mulier uoueret aliquas oratiões dicere, uel aliquid facere, quod sine scandalo & ꝑiuditio uiri posset obseruare, uir eius non ualeret talia reuocare. Si etiam ante matrimoniũ obligauit se mulier alicui hominum, non posset uir ei9 eam absoluere a tali obligatione. Item si uxor habet preter dotem, potest facere uotũ de ipsis dandis in eleæmosinam, Nisi sit in scãdalum uiri qđ tamen non sit scandalũ Pharizeorum.

Itez querit͛, Vtrũ Religiosus possit aliquid uouere sine licentia sui Prelati? Rñdet Rich. ꝙ non. 20. q. 4. Monacho non licet uouere sine licentia Abbatis, aut si uouerit, frangendum erit. Cuius una ratio assignat͛, quia tantæ altitudinis est Religionis uotum ꝙ omnia alia in ipsum cõmutari possunt. Et ideo Ecclesia considerans huius uoti altitudiné

& humanæ naturæ infirmitatẽ, uoluit aucthoritate Dei uoto Religionis nullum posse uotum supaddi, ppter periculum transgressionis uitandum.

Nota, q̈ si Abbas dat subdito suo uouendi licentiam, & eam reuocat, anteq̄ ille subditus faciat illud uotum, & post illam reuocationẽ uoueat, uotum est irritum. Si autem uotum fecerit ante reuocationem licentiæ, uotum tenet, quousq; cum eo fuerit dispensatũ. Et si talis uotũ fæcerit de licentia inferioris, poterit ab illo uoto a superiori absolui.

Vtrũ Episcopus potest uouere quicquid uelit? Rñdet Rich. q̈ Episcopo ,phibet̃ facere uotũ sine licentia domini Papæ, quo uinculum inter ipsum & suam Ecclesiam dissoluat̃. Extra de renũciatione. Nisi cum pridem. Non potest etiam sine licentia domini Papæ generali uel speciali uotũ peregrinationis emittere, per quam oportet ipsum diu a sua Ecclesia absentari. Extra de uoto & uoti redemptione. Magnæ.

Quid de Clerico seculari? Rñdetur. Clericus secularis sub Episcopo aliquo habens

habens beneficiũ debens residentiam, non potest sine licentia Episcopi uotũ longe peregrinationis emittere, eodem Ti. ubi prius. Potest tamen emittere uotum de intrando Religioné sine licentia Episcopi. 19. q. 2. Duæ. Nec est ei⁹ benefitiũ ante professionem alicui conferendum lib. 6. de regularib⁹. Bñficiũ.

Quid de seruis? Rñdet. Seruus non potest uouere aliquid eorũ, quæ ipsum impediant a seruitio dñi sui sine ei⁹ uoluntate. dist. 54. Ex antiquis etc.

Vtrũ uotũ cõtinentiæ impediat matrimoniũ? Respondet. Differentia est inter uotũ publicũ & solẽne, quia quodlibet uotũ coram multis, uel in publico factum. Potest dici publicũ, quod etiã dicitur simplex, sed nó quodlibet tale potest dici solenne. Non enim dicitur solenne, nisi quod in se habet aliquid annexum, ut in publicum debeat deuenire, & per quod uouens ponitur sub alterius potestate, ut est uotum susceptionis sacri ordinis, ubi suscipiens ponitur sub potestate Episcopi. Similiter solẽnizatur uotum per professionẽ religionis expressam uel presumptã.

His premissis dico ad questionē, ꝙ licet uotū simplex, quod scilicet nō solēnizatur aliquo predictorū modorū, impediat matrimoniū cōtrahendū, nō tamen dirimit postea cōtractū. Votū autē solenne impedit & dirimit, extra qui clerici uel uouētes cōtrahere possunt. Insinuante. Ratio huius assignat̃ a Scoto, quia ecclesia illegitimauit sic uouentem ad matrimoniū cōtrahēdū. Et hoc fuit rationabile, quia posuit se in potestate ecclesiæ, quantū ad oppositū ei9 ad quod est cōtractus matrimonij. Vouentem autē uoto simplici nō sic illegitimauit, quia nō sic se posuit in eius potestate. Sed quia talis se posuit in manu dei ad oppositū seruandum, mortaliter peccat cōtrahendo cū intentione cōsumandi, quando etiā cōsumat, mortaliter peccat, quia cōtra uotū suum agit. Post primū tamen actū nō peccat mortaliter reddendo, quia est obligatus uinculo fortiori. peccat tamen mortaliter petendo, ratione uoti, debetqꝫ sæpe dolere de culpa commissa, in transgressione uoti sui, & uxore mortua tenet̃ continere, ut dicit Bonauen. non ergo potest

test debitũ petere ab uxore, quia ex matrimonio nõ tenetur ad petendũ sed ad reddendum.

Et si queras, quare, talẽ non illegitimauit ecclesia, quũ peccet mortaliter? Respondet ꝙ non omia mala punit ecclesia, & forte propter uitationẽ maioris mali in actu carnali, si tales cõtinere nollent, qui tamen matrimonio cõtracto licite utantur, & si nõ petendo, tamen reddendo.

Preterea, ut sciatur quãdo uotũ obligat ut exempli gratia, si quis uouit ingredi religionẽ, uel seruare castitatẽ etc, Nota ꝙ uotũ habet diuersos stat9, scd'm quos diuersa sortitur uocabula. Primus stat9 est in origine, scilicet cum quis disponit aliquid boni facere. Et tunc dicitur deliberatio. Et hoc cõfringere, non est peccatũ. Secũdus status est processus, quũ procedendo proponit firmiter se facturum. Et tunc dicitur propositũ. Et sic non obligat ad mortale, sed ueniale, ut patet in .C. lr̃atura, de uoto. Tertius status est cõsumationis. scilicet quũ quod firmiter proposuit promittit animo obligandi se, siue fiat promissio corde siue

ore, hoc obligat sub mortali. Quartus status uoti est solennisatiōis, scilicet qđ fit ore alicui homini, uel solénizatur p aliquē institutū ab ecclesia, ut est ordo sacer, & religiōis professio. Sic etiā multo magis obligat, uide in summa angeli. Cap. uotum .1.

Vtrum ille qui uouit religionem aliquam intrare, quæ eum nō uult recipere, sit absolut9? Respondetur scđm Richar. in .4. dis.38. q̄ si intentio sua erat determinata solū ad unam religionē, sic non tenetur aliam intrare, si illa eū non uult recipere, quia factum est ei impossibile uotum suum. Si uero intētio sua erat indeterminata. Sic tenet se tot religionibus offerre q̄ unā inueniat, si potest, quæ eum recipiat. Nisi sit talis religio, de qua ꝓbabiliter credit, q̄ si de ea cogitasset, nullo modo intrare cōsensisset. Nec credo q̄ teneat per mundū discurrere, ut unam inueniat quæ eum recipiat, quia nec hoc cogitauit, nec ad hoc uoluit se uerisimiliter obligare.

Vtrum omne uotum est dispensabile. Respondet Tho. q̄ in uoto solénizato per professionē religionis nō potest

per

per ecclesiam dispēsari, quia ut dicitur extra de statu monachorū. Cū ad monasterium, Abdicatio ꝓprietatis sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, ꝙ nec in ea ualet summus Pontifex dispensare. Hic sunt Doctoꝝ opiniones. Quidā dicunt, ꝙ in soléni uoto continentiæ aut de uoto Religionis, nec Papa potest dispensare. Alij dicūt. Si communis utilitas tocius Ecclesiæ aut Regni seu Prouinciæ id deposcat, posset in his dispensari, ut dicit Thomas in scripto, qui tamē aliter sentit in scd'a scd'e. q. 88. dicens ꝙ nec Papa potest dispensare in uoto cōtinentiæ solénizato ꝓpter commune bonū. Albertus idem tenet ꝙ scz non potest ad quod allegat illud ꝙ sanct9 Mattheus Euangelista noluit sanctam Ephigeniā uirginem Deo consecratam ac uelatam tradere Regi Pagano uxorem, cū tamē Rex ille una cū Regno suo ꝓmitteret se fidem Christi accepturꝫ. In alijs autem uotis, Prelatis cōmittit' dispensatio, in uotis inq̄, quæ cōmuniter fiunt & indigent frequenti dispensatione, ut habeāt de facili homines ad quem recurrant, sicut

ſicut ſunt uota peregrinationũ,& ieiu-
nioꝝ,& alioꝝ huiuſmodi. Vota uero maiora continentiæ & peregrinatiōis terræ ſanctæ reſeruāẗ ſummo Pontifici. Hæc Thomas. Sic etiam diciẗ obſeruare curia Romana de uoto uiſitandi limi-
na Apl'oꝝ Petri & Pauli,& Beati Iaco-
bi.

Nullꝰ pōt obligare aliquē ad uotum

Vtrum quis poſſit obligare alium ex uoto ſuo? Rñdeẗ ꝙ non,niſi alter conſentiat,unde mater licet uoueat ꝙ filiꝰ ieiunabit, & huiuſmodi, niſi ipſæ conſenſerit,non obligabiẗ. Sed quo ad res temporales bene poſſet obligare hære-
dem ſuũ,ſed non ad aliquid perſonale, ſi ipſæ non conſentit.

Vtꝝ ille qui non poteſt ꝑficere uotũ per ſe,teneaẗ per aliũ ꝑficere. Rñdetur ꝙ non,quia in omni uoto intelligitur illa conditio generalis,ſi Deo placuerit Si potero, & huiuſmodi, Etiam ſi non exprimatur. Innocen. dicit,ꝙ ſi quis uouit uiſitare terram ſanctam pro ſubſidio impendendo,ꝙ licet tunc uiſitare non poſſit,tamen ſubſidium tenetur impē-
dere meliori modo quo poteſt. Simili-
ter de eo qui fecit uotum uiſitandi.S.

Iaco-

Iacobum,& aliquid dandi,& huiusmodi. Si uero solũ uouit uisitare ob deuotionem non tenetur per alium exequi impedimento superueniente.

Vtrũ hæres teneatur implere uota sibi imposita ab illo cuius est hæres? Rñdetur quod aut expresse assensit, sic tenetur, dummodo acceptet hæreditatem, si sub spe habendi hæreditatem solũ consensit, alias si simpliciter promisit, sic teneretur. Si uero non assensit hæres, tũc si est uotum personale, scz obligans personam suam, non tenetur, Si uero est personale ad incertam personam, puta mittere aliquem ad sctm̃ Iacobũ, sic tenetur. Similiter si est reale solũ, ut facere Monasteriũ, uestire pauperem etc, sic etiam tenetur. Alia uide lacius in Summa Angeli. Cap: uotum, 3

Quid de illo qui defuncto promisit implere uotũ ab eo emissum. Rñdetur quod si in omni casu promittendo intellexit personam suam obligare, sic tenetur implere ob promissionem factã. Sed si promittebat tanq̃ hæres sperans hæreditatẽ adire, a qua mutato Consilio postea abstinuit, non tenetur. Arr.c. uenerabilem. §. fi. de Elec. Tantũ de uotis, & pconsequens de scdo pcepto. De

De Tertio Praecepto.

Tertium Praeceptum.

Exodi.xx. Memento ut diem Sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbathum Dñi Dei tui est. Non facies omne op9 in eo, Tu & filius tuus & filia tua Seruus tuus & ancilla tua, iumentũ tuũ & aduena, qui est intra portas tuas. Sex eñ diebus fecit Deus cœlum & terram & Mare & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die Septimo. Idcirco benedixit dominus diei Sabbathi & sctificauit eum.

Ex his uerbis constat celebrationem diei Sabbathi per singulas Hebdomadas faciendam. Primũ esse institutam a Deo, in cõmemorationẽ beñficij creationis mundi, & gubernatiõis eiusdem. Quoniã sex diebus Deus cõdidit & formauit diuersa creaturaꝝ genera Geñ.1. Septimo autem die requieuit, Non quidem tanq̃ lassus, sed cessauit a noua creaturarũ formatione. Nonnũq̃ eñ requiescere, pro cessare sumit in scriptura, & requies pro cessatione, ut Apo.4. dicit.

Quat

Quattuor animalia, requiem non habebant die ac nocte, dicentia. Sanct9. sanctus. sanctus. Dñs, Deus omnipotens. Requiem id est cessationem a Diuina laude.

Vnde Augu. lib. 4. super Gen. dicit. Sic requieuit deus, ut nouam creaturã ulterius conderet nullam. Non ut quæ condiderat cõtinere & gubernare cessaret. Operatur adhuc deus quotidie, creaturas conseruando cõditas, & gubernãdo, ut ipse Christus testat᷑ Iohan. 5. Dicens. Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Et huic intelligentiæ, respõdet interpretatio huius nominis sabbatum, quod tantũ ualet sicut requies, siue cessatio.

Veruntamẽ ille cescente legis Euangelicæ splendore, circa noui scilicet Testamenti & primitiuæ ecclesiæ exordium, magisterio sancti spiritus, Dies sabbati in diem dominicũ est cõmutatus, sicut lex uetus in legem nouam, atq; umbra siue figura, in lucẽ & ueritatẽ. Ne, si semper mansisset obseruatio sabbati uideremur iudaizare, & sequi ritus & obseruationes iudæorũ, post promulgatã legem

gem Euangelicã, tanq̃ necessarias ad salutem.

Hanc autẽ cõmutationẽ sabbati in diẽ dominicã fuisse factam tẽpore Apostolorũ cõuincitur ex hoc quod beat9 Iohãnes apostolus & euangelista scribit Apocalip. 1. Ego Iohãnes fui in spiritu, in dominica die. Vbi diem dominicam nominans, satis insinuat, eam tunc fuisse institutam.

De hoc tertio præcepto tria dicemus. Primo ꝗ celebratio sabbati hebraici siue legalis cessare debuit per Christi aduentum & dies dominica celebrari. Secũdo, quomodo obseruandũ & intelligendum est hoc tercium preceptũ, Tertio quo modo cõtingat hoc preceptum uiolari per transgressionem?

Primo ergo dicamus cõtra perfidos Iudeos, ꝗ per aduentum Christi sabbatum legale cessare debuerit.

De hoc dicemus tres articulos. In primo inquiret̃ an preceptũ de sabbato, sit mere morale. In secũdo, uidebit̃, quomodo debuit cessare per aduentũ Christi. In tertio uidebit̃, quomodo sola religio Christiana uerum sabbatũ, & rite, & de

& debito modo obseruat, cum aliis festiuitatibus.

Quantũ ad primum, Nota primo ꝙ Sabbathum idem est qđ dies quietis, ut dictũ est. Et sic non dicit diem in septimana determinatã, quia quælibet dies septimanæ, ad requiem & festiuitatem dedicata, dicebat Sabbathum in Lege, ut patet Leui. 23. Vbi dicit Dñs, Mense septimo prima die mẽsis erit uobis sabbathum memoriale etc. Omne opus seruile non facietis in eo. Et sæpe ibi similia uerba ad idem ꝓpositum. Ita ꝙ quilibet festus dies dicebatur Sabbathum.

Scđo, Nota ꝙ Sabbathum ad duo ꝑceptum est obseruari, scz ad requiem hominis, ut homo cessaret ab omni opere seruili, Et ad sanctificationem, ut sanctificaret Sabbathum. i. opera sancta in eo faceret, soli latriæ Deo exhibendæ intẽdendo, ab omni opere alio cessando, ut patet Exo. 20. & 21. Ergo Sabbathũ duo importat, cessationem, & sanctificationem, id est sancta opera facere. Sed quia nemo potest opa facere sancta, nec diẽ sanctificare, peccando, & male agendo,

ideo necesse est prius a peccatis abstinere, & ab omni malo declinare, Hoc est uerum Sabbathizare.

Ex quib9 patet, ꝙ qlibet dies, & quodlibet tempus ad diuinum cultū, & opa misericordiæ dedicatum, dicit̃ uerum Sabbathum, Et perconsequens, totum tempus Legis Euangelicæ, est ueꝝ Sabbathum, ut patebit.

Tertio nota, Q d̕ De9 ꝑpter duo præcepit sabbatū celebrari in die septimo, scz ꝑpter duplicē memoriā ꝑpter memoriam creatiōis, qa septio die cessauit De9, & quieuit ab omni ope. Et in memoriā exitus Israel de Aegypto, sicut patet ex Deu.ca. 5. Vbi dicit̃. Obserua diem Sabbathi etc. Et memento ꝙ seruieris in Aegypto, & Dn̄s De9 tuus eduxit te inde in manu forti etc. idcirco p̄cepit tibi Dn̄s ut obserues diem Sabbathi. Ex quib9 uerbis arguitur ꝙ in die Sabbathi de sero exijt Israel de Aegypto. Ecce ꝑpter illam duplicem memoriam fuit p̄ceptum obseruari Sabbathum.

Scd̕o fuit p̄ceptum ꝑpter signum, & in signum. Vnde dicitur Exod. 31. Videte ut Sabbathum meū custodiatis quia signum

signum

signum est inter me & uos in generatio
nibus uestris. Item Ezech.20. Dedi eis Sabbatha mea ut essent eis in signum, Nam Sabbathum datum fuit in quadruplex signum, Primo in signũ distinctiuum, ut per talem Religioné, ille popul9 distingueret a populo gentili. Secundo in signum figuratiuum alicuius futuræ quietis, inq̃ntũ tali die scz Sabbatho Christus debebat quiescere & iacere in sepulchro per totam diem, ut dicet. Tertio in signũ seruitutis & tributi. Quarto in signum fœderis & fidei Christi futuri, ut patebit.

Quarto, Nota ꝙ non solũ Sabbathũ usuale, sed etiam omnia alia Sabbatha Annualia Deus præcepit celebrari in fine semp alicui9 septenarij. Nam Sabbathum usuale p̃cepit celebrari in septimo die cuiuslibet hebdomade, ut patet Exod.20.&.31. Festum nouaꝝ frugum.i. Pentec. Præcepit celebrari in fine septimæ Hebdomadæ post Pascha Leuit. 23. Et Nume.29. Festum Tubaꝝ & expiationis & tabernaculoꝝ præcepit celebrari in septimo mense, ut patet ibidem. Et Sabbathum terræ præcepit celebrari in

ſeptimo anno, Leuit.27. Et Iubileum pcepit celebrari in fine ſeptimæ ſeptimanæ annorum qui eſt annus quinquageſimus & Sabbathum generalis remisſionis, ut patet ibidem. Ecce patet quod omnia Sabbatha Legalia pcepit Deus celebrari in fine alicuius ſeptenarij. Quod non eſt factum ſine maximo miſterio. Quæ ergo cauſa huius? Iſta, Nam dictum eſt quod omnia Sabbata dedit Deus in ſignum figuratiuum, & in ſignū fidei & fœderis Ergo figurabant aliquam requiem in aliquo ſeptenario futuro. Sed ſeptenarius futurus, quem ille populus expectabat, erat totum tempus Mesſiæ. Ergo ſequitur quod omnia illa Sabbatha ſignificabāt aliquam requiem in tempore Chriſti Mesſiæ in lege promisſi.

Maior probatur quod ſcilicet ſignificabāt illa ſabbatha aliquā requiē. Nam quū ſabbatū nil aliud eſt, niſi requies, & datum ad ſanctificationē, & datū non propter ſe, ſed propter aliquod ſignum figuratiuū, & ſemper fuit preceptū in aliquo ſeptenario. Ergo ſequitur quod figurabat aliquā requiem futuram in aliquo futuro ſeptenario.

Minor

Minor ꝓbatur, ꝙ scilicet septenarius quē Iudei expectabant, erat tēpus Messiæ. Nam scd'm oēs Hebræos tot⁹ discursus mundi, diuidit̃ in septē dies, siue status & ætates. Vnde prima dies siue ætas fuit ab Adam usq; ad diluuiū, siue ad Noe, quem uocāt diē primi mūdi. Secūda dies siue ætas fuit a diluuio usq; ad Abraam, quem uocant diē secūdi mundi, in quo homo sicut & in primo ambulabat in lege naturæ cū aliquibus sacrificiis, & maxime cum oblatiōe panis & uini. In qua ætate fuit Melchizedech sacerdos dei excelsi, qui obtulit panē & uinū pro Abraam Geñ. 14. Et sic credit̃ ꝙ ille fuit ritus latriæ in illa ætate. Tertia dies fuit ab Abraam usq; ad exitum Israel de Aegypto, siue ad Moysen, quem uocant diē circūcisionis, eo ꝙ homo ambulabat per circūcisionē in lege naturæ. Quarta dies fuit ab exitu Aegypti, usq; ad Salomonē qui ædificauit primū templū, quem diem uocant Tabernaculi, eo ꝙ per totam illā ætatē ille populus exhibebat deo cultū in Tabernaculo. Quinta dies fuit a cōstructione primi templi, usq; ad scd'm templum

Ætates mundi determinat

plum ædificatũ per Zorobabel, quem diem Iudæi appellant diem & tempus primi templi. Sexta dies fuit totũ tẽpus a relaxatiõe captiuitatis Babilonicæ usq; ad destructionẽ scđi tẽpli factã per Titum, quod appellant tempus & diem secũdi tẽpli. Septimã diem mũdi appellant totum tẽpus post destructionẽ secũdi templi usq; ad finem mũdi, quem appellant diẽ & tẽp9 Messiæ.

Ex his sequit̃ ꝙ sabbatũ usuale quod Deus præcepit celebrari in septimo die, figurabat requiẽ futurã in septimo die mundi, scilicet qualiter homo debebat cessare ab operib9 & iugo legis, & ab omni opere seruili peccati per totum tempus Messiæ, quod est sabbatum mundi figuratum per sabbatũ legale. De quo tẽpore locuti sunt Prophetæ. In quo tẽpore erant declaranda omnia secreta & ænigmata legis. ut ait Rabi Salomõ super Zachariam. Quorum cerimonialium intelligentia, non poterat declarari nisi per regem Messiam, ut dicunt hæbrei. Vnde dicunt ꝙ nullus debet presumere talia secreta uelle detegere, quia

hoc

hoc pertinet ad solũ Messiã in suo ad-
uentu, Quæ quidẽ secreta cerimoniarũ
uocant Ticu.id est silentiũ relinquendũ
declarandũ pro rege Messia.
Ad propositum, Ex his patet ꝙ omĩa il-
la sabbata figurabant & significabãt fu-
turã requiẽ in septimo die mundi, qđ
est tẽpus Messiæ. Sed sabbatũ usuale, ul-
tra hoc figurabat futuram requiẽ Chri-
sti in sepulchro in die sabbati, in quo
Christus iacuit per totam diẽ sabbati.

Subinferamus. Et quia iam hec ueritas impleta est, iam eñ Christus requieuit in sepulchro. Ergo ueniente ueritate, figura cessare debuit id est sabbatum legale, & loco eius dies dñica celebrari.

Quare domi-
nica dies a
nobis cele-
bratur et
nõ sabbatũ

Et confirmant hec omnia per hoc. Nã si quærat, quomodo præcepit deus sabbatum cælebrãdũ in ueteri lege? Respõdetur, ꝙ deus primo precepit ꝙ homo nullum opus seruile faceret in eo. Et ꝙ nullus accenderet ignẽ in suis habitaculis per totam diẽ sabbati a uespera usq; ad uesperam. Exodi. 35. Per quod figurabatur ꝙ Christus sol iustitiæ & lumen

mūdi, debebat iacere in sepulchro mortuus & extinctus, ibi clausus & sigillat9.

Et ideo est quædam secta Iudeorū, qui dicunt Charraim in Gretia & in partibus orientalibus, qui per totam diē sabbati, a uespera usq; ad uesperā nullū lumē accendunt in domibus, nec habent in tota domo sua, sed per totū illud tēpus manent in tenebris in uno angulo domus. Vnde dicunt, q̄ isti Iudei qui habitant inter nos apud latinos, sunt p̄uaricatores legis, eo q̄ contra preceptū domini habent lumen in domibus suis in die sabbati.
Ex quo patet q̄ illi magis ꝓprie seruant sabbatū quo ad figurā & ad literam, q̄ isti apud nos Iudei.
Secūdo deus precipiebat sanctificari & celebrari diem sabbati, offerendo specialiter certa sacrificia, ut patet per totū Leuit, Quæ omnia significabant unum solū sacrificiū mediatoris, quod in cruce immolatū est, ut inquit Aug. contra aduersarium legis & Prophetarum.
Ex his quæ dicta sunt iam patet, q̄ sabbatum Iudaicū cessare debuit aduenīete ueritate. Sed

Sed contra hoc instabit aliquis Iudæus Sabbatum preceptũ est celebrari sub fœdere sempiterno, sicut & pascha, & pentec. & alia festa legalia, sicut patet Leuit. 23. & Numeri. 29. Ergo sabbatũ nõ debet cessare. Similiter Exod. 31.

Respondet, ꝙ & circũcisio, & festiuitates & tota lex, data fuit sub fœdere sempiterno, in signũ fidei Christi futuri. Et ideo sempiternitas signi erat duratura, usq; ad ueritatẽ sui significati, quia æternũ idem est quod simul per totam aliquam ætatẽ. Ideo sabbatum quo ad signũ fuit æternum cũ tota lege simul cũ illa ætate. Sed quoad suũ significatũ est æternũ per totum sabbatum & tempus Messiæ.

His habitis ponit prima Conclusio, ꝙ præceptũ de Sabbatho celebrando, est partim Morale, Nam fuit pceptum ad requiem hominis & sanctificationẽ Dei, ut scz homo cessaret ab omni negotio mundano, ut facilius Deo possit seruire & latriam exhibere. Et hoc pertinet ad iustitiam, Iustũ est eñ ut Deo latriæ seruitus exhibeat. Et sic est præceptum partim Morale.

Scd'a Conclusio, ꝙ p̄ceptū de Sabba-
tho celebrando magis est Cærimoniale
q̈ Morale. Probatᷣ, quia multa figurat.
Nam primo est Cærimoniale, inq̄n-
tū fuit datum in memoriam creatiōis,
eo ꝙ illa creatio mundi materialis, fuit
figura Recreationis siue redemptionis
generis humani. Et hoc sic, Nam sicut
sex diebus creauit Deus cœlū & terram,
& in septimo requieuit ab omni opere
quod patrarat.
Ita pariter Christus incipiens a die do-
minico quo intrauit Hierusalem in die
math: xxi Palmarum, per sex dies operatꝰ est nostrā
redemptionem. Quia feria scd'a & ter-
ibidem . e . tia disputauit cum Scribis & Pharizeis
in Templo. Vnde conceperūt maius q̄
math: xxvi ante odium contra eum, Feria q̈rta fuit
ibidem . e . uenditus. Feria quinta nocte fuit captus
math: xxvii Feria sexta Crucifixus. Et in die septimo
.i. Sabbatho per totā diem quieuit mor-
ibidem . g . tuus in sepulchro. Et sic patet ꝙ quo ad
illam memoriam creationis Sabbathū
est Cærimoniale, & figuratiuū, & sic ces-
sare debuit postq̈ ueritas uenit.
Item, fuit p̄ceptū in memoriam exitꝰ
exo: xx Israel de Aegipto, eo ꝙ ille figurabat exi-
tum

tum sanctorũ patrũ de limbo inferni. Item hoc præceptũ fuit Cærimoniale, inq̃ntum datum est in signum fœderis & fidei, quia ut sic non fuit pceptũ gratia sui, sed gratia significati futuri, inq̃ntum figurabat futuram quietem Christi in sepulchro, aut inq̃ntũ figurabat Sabbathum mũdi in septima etate, ut dictũ est. Item fuit Cærimoniale, inq̃ntũ fuit præceptũ obseruari in die septimo determinate, eo q significabat, qualiter in septimo die mundi, scz in septimo sæculo, & in tempore Messiæ, omnia Cærimonialia debebant cessare, & omnis uisio & Prophetia erat finienda, & pctm̃ & iniquitas debebat accipere finem. Danielis. 9. Et per eandem rationem omnia festa Annualia erant Cærimonialia, eo q omnia data sunt & præcepta in fine alicuius septenarij, eo q figurabant requiem in septima ætate mundi, tempore Christi. Nam festum Pentecostes, qd fuit præceptũ celebrari in fine septimæ septimanæ a Pascha in memoriam dationis Legis. Figurabat q quinq̃gesimo die post Resurrectionem Christus debebat mittere spiritũsctm̃ in discipulos ad intel-

intelligendam ueritatem Legis & Prophetarum. Et ita pariter in mense septimo præcepit illa tria Festa celebrari, Prout figurabant, qualiter in septimo die. s. in tempore Christi debebat fieri generalis expiatio & purgatio & redemptio per Christum, & qualiter debebamus quiescere in tabernaculis istius Ecclesiæ per gratiã & in futura Ecclesia per gloriam.

Secundus Articulus.

Iam ergo ex omnibus prædictis sit hæc Conclusio.

Adueniente Christo, puta, postquam resurrexit Christus debuit cessare præceptum de celebrando Sabbatho. Probatur. Nam illud præceptũ fuit Cærimoniale, ergo debuit cessare in aduentu Christi. Antecedens patet per ea quæ dicta sunt. Consequentia etiam patet, Nam dictũ est per Iudeos, quod secreta cærimoniarũ nõ sunt detegenda usque ad tempus Mesiæ, qui omnia ænigmata & secreta Legis debet declarare. Sed omnia illa signa & ænigmata, fuerunt in Christo completa, & per ipsum declarata ut dictum est, ergo adueni

ueniente Christo debuerunt omnia cessare. Et hoc est qđ dicit Augu. in primo de Doctrina Christiana, & contra Faustum, ꝙ hæc est differentia inter rem & signū. Nam res, est gratia sui, sed signū non est gratia sui, sed gratia ueritatis rei ꝑ ipsum signum significate & figuratæ. Sed quia Lex uetus non fuit data absolute in rem, sed in signū, ideo non fuit data gratia sui, sed gratia rei & ueritatis ꝑ ipsam significatæ. Et quia iam res & ueritas uenit scz Christus, ergo omnes figuræ cessarunt, & ita & Sabbathū. Ita ꝙ postq̃ Christ9 crucifixus est, tunc Pascha Iudeoꝶ fuit crucifixum cū Christo, & ꝑ consequens cū eo fuit etiam sepultū cū omnib9 Cærimonijs, Et sic etiam Sabbathum cum eo sepultum.

Sed postq̃ Christ9 resurrexit. Non surrexit cum eo Pascha, nec Sabbathū, quia in sepulchro manserūt, sed sola dies dominica surrexit cum Christo.

Hanc Conclusionem probat Apostolus ad Colo. 2. Vbi dicit, Vos cum mortui essetis in delictis & ꝓputio carnis uestræ, conuiuificauit, cū illo donans uobis omnia delicta, delens, qđ aduersus

nos

nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud Cruci & expolians principatus & potestates etc. Nemo ergo uos seducat aut iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbathorum, quæ sunt umbra futurorum. Corpus autem Christi.

Ex his uerbis intendit Apostolus dicere, quod sabbathum & cætera legalia erant quædam figuræ, & quoddam Cirographum debitorium, ideo omnia fuerunt mortua cũ Christo, & sic nullus amplius obligatur ad ea seruanda. Idem reperies ad Roma. 9.

Quod si dixerit Iudeus. Ostende ex scripturis Prophetarum quod hæc omnia cessare debuerint. Rñdet. Multa sunt testimonia horum ueteris Legis. Exẽpli gratia.

Isaie. 1. Ostendens post aduentũ Messiæ sabbathũ & cætera legalia abolenda & non acceptabilia Deo, dicit Dominus Non offeratis ultra sacrificiũ frustra, incensum abominatio mihi est, Neomeniam & sabbathũ, & festiuitates alias nõ feram, iniqui sunt cœtus uestri, calẽdas & solẽnitates ũras odiuit anima mea. Ex

Ex his uerbis patet ꝙ post aduentum Christi sabbatha & cætera legalia, non solum sunt cassa, sed etiam Deo abominabilia.

Item Esa. 66. dicit dominꝰ. Mittã ex eis qui saluati fuerint, & annunciabunt gentibus gloriam meã, & assumam ex eis sacerdotes & leuitas dicit dñs, quia sicut cœli noui & terra noua quæ ego stare fatio coram me, sic stabit nomen uestrum & semen uestrũ, & erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato etc.

his scripturis ueteris instrumenti possum obicere iudeis ꝙ ceremonie eorũ debuerunt cessare

Reuolue hec uerba. Videbis qualiter Christus debebat creare nouam ecclesiam, & noua sacrificia, & nouos sacerdotes, & per cõsequẽs nouam legem, quia translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio, fiat. Et etiã debebat mutare nomẽ illius populi in populũ gentilem simul cũ sacerdotio. Nam populꝰ gentilis debebat nominari nomine Israel & Leui. Et subdit qualiter om̃ia festa legalia, erant mutanda in festa Euangelica. Nam ex sabbato legali debebat succedere sabbatum euangelicum in sequenti die dominico.

Longum esset alias scripturas ad hoc pro-

propositũ hic adducere. Vide Hiere. 16. Vbi reperies ꝙ Pascha & sabbatũ erant mutanda, ubi dicitur non dicetur ultra uiuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra ægypti etc. Et inde est qđ asserunt Thalmudistæ, ꝙ quãdo ueniet Messias, mutabit omẽs festiuitates & cætera legalia. Idẽ uide Hiere. 31. Danielis 9. Osee 2. & alibi.

Tertius articulus. Sola religio Christiana seruat uerum & perfectũ sabbatũ per legem figuratum. Iudei moderni celebrant falsum sabbatum. Nam sabbatum fuit preceptũ celebrari in septima die in signum sepulturæ Christi futuræ, & in signũ futuræ cessationis ab operibus legis in septima die siue ætate mũdi ut dictum est. Sed utrũq; signum fuit iam cõpletũ & iam est uerificatum per Christum quia iam Christus per totam septimã diẽ naturalem iacuit in sepulchro. Et iam uenit septima dies mũdi, & tẽpus gratiæ, in quo debemus abstinere ab omni opere seruili legis & peccati, ergo signũ iam cessauit.

Sed ꝙ sola religio Christiana seruet uerum sabbatũ probatur. Nam dictum

est

est ꝙ illud sabbatũ legale præcepit deus ad requiẽ & sanctificationẽ, & in memoriam creationis, & in signũ futuri sabbati, & septimæ ætatis, & diei Messiæ. in quo homo debebat cessare ab omnibus operibus legis, Sed totum tẽpus in quo sumus, est septima dies mũdi & gratiæ, & dies Christi in lege promissi. Per illud sabbatum figuratus, & totũ istud tẽpus nos celebramus ab operibus legis abstinendo, & ipsum tẽpus & diẽ exhibendo deo ueram latriam sanctificamus. Ergo sola Christiana religio, qui nos sumus. uerum sabbatũ sanctificat & celebrat. Maior iam probata est .s. ꝙ omnia legalia figurabãt tempus Messiæ in ultima ætate. Sed minor probatur, scilicet ꝙ tempus quod colit ecclesia modo sit ultima ætas, & seculũ, & tempus & dies Messiæ, & per cõsequens est uerum sabbatum mundi, probat̃ ex sacra scriptura a simili cũ experientia. Nam licet Iudei moderni negent Christũ fuisse Messiam in lege promissum (q̃uis id false negent ut alibi probat̃) tamẽ nullo modo possunt negare tẽpus Messiæ iã aduenisse. Et hoc ex manifesta experientia

O co

eo q̄ uidemus & uident tēpus determi-
natū per Prophetas, & Thalmudistas,
in quo Messias erat uenturus, esse cōple
tum. Item quia uidemus principalia,
quæ erant promissa Patriarchis & Pro-
phetis esse cōpleta, quæ negare nō pos-
sunt. Vnde promissum fuit ipsi Iacob.
Geñ. 49. qđ ablato sceptro de Iuda Mes
sias erat uenturus. Quod est cōpletū in
aduētu Christi, quādo Herodes alieni-
gena, quia Idumeus, regnauit apud Iu-
dæos. Itē promissum fuit Danie. 9. qđ
post 62. Hebdomadas a cōstitutiōe se-
cūdi templi erat Christus uenturus. Itē
promissum fuit Aggei. 2. & Malach. 3.
qđ Messias ad secūdū templū erat uen-
turus. Ibi enī dicitur. Veniet deside-ra-
tus cunctis gentibus magna erit gloria
domus istius nouissime magis q̄ pri-
mæ. Hoc autē templū iam est destructū
per Titū & Romanos. Ergo iam tūc ue-
nit Messias. Et sic patet, qđ tempus de-
terminatū per Prophetas iā transiuit.
Ergo iam uenit Messias. Et ita, nos ue-
rum sabbatū habemus.

Hec aliquanto prolixius scripsi, tūm
propter perfidos Iudeos, tū propter hæ
reticos

reticos, qui sabbatũ legale uenerant.
Secũdo dicamus quomodo obseruandũ & intelligendũ sit hoc preceptũ tertium.

Sabbatũ quo obseruandũ?

Hoc imprimis tenẽdũ, qđ per hoc preceptũ indicit nobis obseruatio hebdomadaria diei dñicæ, ut in illa uacemus, & intendamus obsequio dei & seruitio per frequentationem ecclesiæ & auditioné officij ecclesiastici. Quare ad hoc p̃ceptum obseruandũ, ante om̃ia requiritur, qđ in die dominico abstineát fideles ab opere seruili & manuali. Vt mercator a mercatione actuali, agricola ab actu agriculturæ, & quisque artifex a suæ artis mœchanicæ exercitio, quo possit liberius & cõmodius intendere animum ad Deum colendum.

Attamé per hoc p̃ceptum, opera charitatis & pietatis in deum & proximum nullo modo debent intelligi prohibita in sabbato. Vt datio eleemosynæ, uisitatio iufirmorum, susceptio sacramentorum ecclesiæ, Non minus die dominico fieri possunt, q̃ alio quouis die, immo plus. Vnde in euangelio Christus Pharisæos sæpe confutat, qui dicebát

ipſum non cuſtodire Sabbathum, quia in die ſabbathi, paraliticos curabat, cæcos illuminabat, & alios diuerſis oppreſſos morbis ſanabat. Sed eorũ calũniam hoc argumento confundebat frequẽter Iohan. 7. In Sabbatho circumciditis hominẽ, ut non ſoluatˀ Lex Moyſi, & mihi indignamini quia totũ hominẽ ſanum feci in ſabbatho? Et Matt. 12. Sabbathis Sacerdotes in Templo, ſabbathũ uiolãt (manualiter ſcz operando in hoſtiarũ ꝑparationib⁹ & immolationib⁹) & ſine crimine ſunt.

Opera necessitatis nõ phibetur fieri in die festo,

Etiam per hoc ꝑceptũ non excludun tur opa neceſſitatis, & quæ in aliud tempus cõmode differri non poſſunt, neq; ꝓhibenˀ in die feſto fieri, ut ꝑparatio ciborũ, manducatio, potatio, medicinæ ſumptio. Phlebothomia pro ægroto, & conſimilia. Quod Dñs in Euangelio inſinuat Pharizæos his uerbis confutans Luc. 13. Hypocritæ unuſquiſq; ueſtrum ſabbatho non ſoluit Bouem ſuum aut Aſinũ, & ducit adaquare? Et apud eundem Euangeliſtam cap. 14. Cuius urm Aſinus aut Bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die ſabbathi?

Vnde

Vñ,nimia ſimplicitate uſi fuiſſe di=
noſcunt̃ illi Iudei. 1. Mach. 2. Qui mili=
tibus Regis Antiochi inferentibus illis
bellum in die ſabbathi noluerũt reſiſte=
re,ne uiolarent ſabbathum,ſed permiſe
rũt ſe omnes uſq; ad unũ occidi. Quod
audiens Matathias pater Machabæorũ,
& amici eius,prudenter apud ſe conſtitu
erunt & definierunt,ꝙ quicumq; hoſtes
uenirent ad eos in die ſabbathi,& bellũ
ipſis inferrent, reſiſterent eis,& pugna=
rent contra eos nõ minus q̃ in alio quo
cũq; die. Suiipſiꝰ em̃ defenſio,eſt de iure
Naturali,& poteſt quocumq; tp̃e licite
fieri.

Scd'o per hoc p̃ceptũ obſtringuntur
omnes in diebus Dñicis & feſtis audire
Miſſam, ex conſtitutione Eccleſiæ,quæ
declarauit modũ ſanctificãdi ſabbathũ
in hoc uno inter cætera conſiſtere.ſ.ut
fideles deuote & reuerenter audiãt Miſ=
ſam. Quod potiſſimũ de Miſſa Parro=
chiali eſt intelligendũ,quoniã ad illam
præſertim audiendam obligant̃ Parro=
chiani,dum modo non habeant aliqd'
legitimum impedimentũ,quod eos ra=
tionabiliter excuſet. Et ergo qui ex ne=

audire missam diebus dominicis et festis, obligatur

gligentia aut contemptu, diebus festis non audiunt Missam, nec conueniunt ad Ecclesiam, nullam penitus habentes excusationé, neq; curam audire Missam suam Parrochialem, peccát mortaliter, quia faciunt contra hoc pceptũ, & contra præceptum Ecclesiæ.

Verbum Dei est audiendũ

Tertio p obseruatione huius præcepti, debent fideles dieb9 festis cõuenire ad Ecclesiam pro audienda predicatione publica uerbi Dei, ad instructionem suam & saluté animarũ suarũ, Quia uerbum Dei est pabulum & cibus uitæ spiritualis.

Dicit August. ser. 38. ad fratres in Heremo. Scriptũ é fratres charissimi, Exo. 30. q Moyses posuit in tabernaculo labrum æneũ in quo lauarent Aaron q filij eius cum ingrederent sancta sanctorũ Quid hoc significat? Per labrum æneũ legem Dñi intelligo in qua omnes studere debent, ut per eam mundent, & sic purificati ad sancta sanctorũ ascendere mereantur.

Quadrup: utili: audiendi verbũ Dei

Est auté quadruplex utilitas uerbi dei Prima, Fidem generát ad Roma. 10. Fides ex auditu, auditus autem per uerbũ

Dei.

Dei. Vnde in illis partibus, quas tenet Turcus, ubi olim erant Christiani, fides pro magna parte perijt, ꝑpter defectum uerbi Dei. Scd'o spem auget, sicut dicit Psal. Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Crebro ueniunt ad audiendum uerbũ Dei, adulteri, iniusti, desperati, & resipiscũt, Psal. Misit uerbum suum & sanauit eos. Tertio Charitatem inflammat, Psal. Ignitũ eloquiũ tuum uehementer. Quarto animam cibat. Vnde. Sicut sine cibo corpus morit. Ita anima sine uerbo Dei. Chrisost. Homil. 3. su. Genesim, Sicut esurire corpalis sanitatis est indicium, Ita & studio magno audire diuina eloquia, bonæ ualetudinis animi certissimum est argumẽtum. Patet hoc ex uerbis Christi Matth. 5. Beati qui esuriunt & siciunt iusticiam Et quid quæso aliud est iusticia, nisi uerbum Dei?

in tertia horarum

c vi.

in Nona horarum

Quaꝑpter signum salutis est, libenter audire uerbum Dei, Nam tria sunt signa salutis, ut dicit Thomas in Opusculo de humanitate Christi. Primũ, Testimoniũ conscientiæ. Alterꝝ. Internus gustus diuinæ sapientiæ. Tertium auditꝰ uerbi Dei.

Signum salut. 6

Ora e necessa

Quarto pro obseruatione huius præcepti, debent fideles audiendo diuinũ officium esse intenti orationi,& non cõfabulari in Ecclesia, aut deambulare ultro citroq; quasi in publica platea, quoniam a Dño dictum est, Isa. 59. Domus mea, domus orationis uocabit̃ cunctis gentibus.

Chrisost. lib. 1. &. 2. de modo orandi, Inducens nos ad sepe orandũ dicit, Sicut sol lucem prebet corpi, sic animæ lumen est ꝑcatio. Et si ceco damnosum est non intueri Solem, q̃nto grauius est dãnum homini Christiano, si non assidue depreceť? Iam uero quis non obstupescat & admireť tantam benignitatẽ & beniuolentiam quam in nos declarauit Deus, qui hominib⁹ tantum honorem largiť, ut dignos nos habuerit, qui cum ipso colloq̃mur, nr̃aq; uota apud ip̃m deponamus? Nam uere ꝑfecto cũ Deo confabulamur quotiens uacamus deprecationi.

Ora e nos, diuites facit

Quantus hic honor? Si qui cũ Cæsare miscent sermones, familiariterq; cũ eo cõuersanť non possunt esse pauperes, multo minus fieri potest, qui deum assi due

due deprecatur. Neq; em̃ fieri poteſt, ut non obtineat qui petit, pudicitiam, iuſticiam, manſuetudiné, benignitaté etc. Ait em̃ dñs. Petite & dabiť uobis. Omnis qui petit accipit.

Cæterũ, orare eſt opus angelorũ. Oratio te ſeparat a mutis animantib9. Hec te ſociat angelis. Sine hac non ſtat uita, ſicut nec ſine uernis corpus. Ideo ſi uidero aliquem non amanté ſtudiũ orãdi, cognoſco quod nihil egregie dotis in animo poſſidet. Ecõtrario, Si quis inſaciabiliter adhæret cultui diuino, & id in ſummis damnis numerat, ſi non cõtinenter orauerit, cõiecto talem eſſe firmum mediatoré omnis uirtutis, & téplum dei. Etem̃ ſi ueſtitus hominis, ſi pedum inceſſus, ſi riſus dentiũ, declarat, qualis quiſq; ſit, ut dicit Salomon, multo magis deprecatio, & cultus dei, ſignũ eſt totius iuſtitiæ, quum ſit orñatus animæ. Hæc Chryſoſt.

Quinto ad huius precepti plenã obſeruationé debent ipſa ſacramenta eccleſiaſtica debita ueneratione honorari, & potiſſimũ Euchariſtiæ ſumme honorãdum eſt deuota genuflexione, capitis

inclinatione, & alijs signis ad honoran- dū Deum institutis. Alia etiam sacra- menta sunt debite honorāda, aut ea su- scipiendo, aut suscipientibus assistēdo, cum debita reuerentia, & sine irrisione, aut cachinnis. Quemadmodū interdū, ex praua consuetudine, in sponsalibus, aut despōsatiōe, cōtractibusq; matrimo nialibus, & benedictione nuptiali in ec- clesijs publice facta, solent a petulātib9 dici scommata & fieri irrisiōes inhone- ste quod cedit in irreuerētiā tanti sacra- menti. Similiter & alijs tēporibus, in tē plo solent fieri murmura, aut alia & cre bro de rebus inutilibus colloquia.

In templo quid faciendum & fugiendum sit?

Chrysost. Homil. 33. super Matth. Tan- to honestius in hac domo est cōuersan- dum q̄ in uestra, q̄to hec domus q̄ ue- stra excellentior est. Nam hic magnæ nobis sunt possessiones.

Hic omīs spes nostra sita est. Omīa quæ hic sunt, sublimia certe sunt atq; fulgen- tia. Hec mensa preciosior multo est atq; iucundior q̄ tua. Arca etiā hec melior est quam tua, non em̄ preciosas uestes, sed misericordiā inclusam cōtinet, qua qui priuanť, culpa sua priuantur. Hic

&

& lectulus est ualde tuo præstātior, Diuinarū em̄ scripturarum lectio om̄i magnifico lecto suauior est. Cur ergo inhoneste te in hac domo geris?
Et infra, Et reuera, domus priscis tēporibus ecclesiæ erāt. Nunc ipsa etiā ecclesia in domū redacta est. Nihil autē in priuata domo carnale loquebant̃. Nihil nunc in ecclésia spiritale meditatur, sed huc etiam fori & iudicij negocia introducitis. Cūq; deus loquatur, nō modo ipsum silentio non auditis, uerūetiā aduersæ potestatis magna immiscetis hec ille.
Sexto, debet quisq; fideliū die dñico examinare suā cōscientiā coram deo, & uitam suā discutere, quomodo per totam hebdomadā uixerit, & a deo petere ueniam suorū peccatorū, cū proposito cōfitendi, & emendandi uitā suam, Debet itidem recolere benefitia magna & multa a deo accepta, & de illis gratias agere, & implorare diuinū auxilium in sui directionē ad recte uiuendum. Deniq; debet etiā eo die memorari nouissima, mortē scilicet & extremū iuditium, pœnas inferni, & gaudia paradisi, ut ex illo rum

quilibet suā conscientiam tenetur examinare die dominico

rum cõsideratione,retrahat a peccatis. Iuxta illud Eccleſi. 7. Memorare nouiſſima tua, & inæternũ nõ peccabis. Qđ ſi aliqua moleſtia aut grauitas,qua præſſus es,tibi obuenit, propter quam die feſto hæc predicta perficere nõ poſſis. Vtpote nec cõſcientiã examinare. Nec benefitia dei recolere etc. Nõ patiaris te ſubuerti a tribulatione, cogitando ꝙ ſiue uelis,ſiue nolis,illatã patieris Sed ſi grate quidem feres, maxima lucraberis. Si uero ægreferens, ſuperbiẽs, & blaſphemans. Neq; calamitatẽ ita minorem facies, & maiorẽ reddes procellam. Fer igitur oĩa pacienter, neq; deuotionẽ aduerſo caſu prepedias. Vidiſti filium ante tẽpus raptum? Dic. Dominus dedit,dñs abſtulit. Vidiſti diuitias exhauſtas? Dic. Nudus exiui de uentre matris meæ,nudus & in terrã reuertar. Reminiſcere apoſtoloꝝ, qui quum innumera ſuſtinerent tormẽta gaudebãt. Ita & tu fer oĩa gñroſe & gratias age. Hec Chryſoſt·Homil. 64. ad populũ.

Septimo,ad huius precepti impletionem debent fideles nõ ſolũ diem dominicũ,ſed etiam dies feſtos ſanctorũ per annum

annuos occurrentes & ab ecclesia institu-
tos celebrare. Vt festa beatissime uirgi-
nis Mariæ, sanctorũ apostolorũ, marty-
rum, confessorũ, atq; uirginum, ex ordi-
natione ecclesiæ solenniter peragere.
Nam honor qui sanctis impéditur, in
deum finaliter refertur qui illos sanctifi
cauit, & nunc in cœlis glorificat. Quod
eñ (inquit Matth) uni ex minimis me
is fecistis, mihi fecistis. Cap. 25.
Nunc tertio dicamus, quomodo cõtin
gat hoc tertium preceptum uiolari per
transgtessionem.
Varij uarijs modis hoc transgrediuntur
preceptum.
Primo illi qui diebus festis faciunt op9
seruile, siue manuale contra constituti-
onẽ & consuetudinẽ ecclesiæ, ex cupidi-
tate aut paruipensiõe diei festi, sine ali-
qua necessitate, ut mercaturã, siue opus
artis mechanicæ, Quomã talis opera-
tio est signum cõtemptus dei & eccle-
siæ. atq; negligentiæ suæ salutis atq; in-
curiæ, Quodq; tales operantes plus cu-
rant ꝓprium commodũ q̃ Deum. Et id
circo Mercaturæ publicæ & fora quæ
dieb9 festis tenent in urbibus aut Pagis
debe-

Trangressores festorum qui sunt?

deberent authoritate Episcopi & recto-
rum reipublicæ ꝓhiberi, & in alium diē
transferri, ne palam & publice cõmitta-
tur tam aperta transgressio huius præ-
cepti, in Mercaturis & Foris, Vnde Nu-
me. 15. scriptum est, ꝙ quū quidam ex
populo Israel inuentus fuisset collegis-
se ligna in die Sabbathi, reclusus est in
carcerem a Moyse, donec interrogaret
Dñm quid de illo faciendū esset. Cui
Dominꝰ respondit ꝙ educeret̃ extra ca-
stra, & lapidibus obrueret̃, a populo.
Quod & factum est. Ecce q̃ graui pœna
mulctatus est iubente Deo. qui hoc præ-
ceptum uiolauit. Quid ergo de nobis
futuꝝ est?

Præterea notandū ꝙ cum dicit̃, ꝙ o-
pus seruile diebus festis ꝓhibeat̃, Opus
seruile, dicit̃ tripliciter, Primo, a seruitu
te culpæ. Et de opibꝰ sic seruilibus, licet
semper, tunc tamen summe cessandum
est. Committit̃ autem seruitꝰ culpæ seu
pctm̃ quinq; modis. Primo quando hõ
pctm̃ perpetrat. Scd'o quando ad pctm̃
alium incitat. Tertio qñ peccantem de-
fensat. Quarto quãdo peccantem accep
tat. Quinto quãdo peccantem dissimu-
lat

lat nec arguit & negligit castigare, Hæc Bonauen. super Tertium præceptum. scilicet sabbata
Secundo opus seruile dicit a seruitute sanctifices
fortunæ, ut sunt opera Mechanica, quoniam olim talia fiebant a seruis, ut dicit Philosoph⁹ in Ponticis. Et ab his quoque die festo abstinendum est, ut spirit⁹ possit libere Deo uacare. Nisi necessitas, uel pietas aliud suadeat. Tertio op⁹ seruile dicit, a seruitute naturæ, ut quodlibet opus laboriosum, ut itineratio etc.

Tale autem opus, aut libertatem spiritus nō impedit, ut modica itineratio. Et hæc non nocet, quemadmodū etiam in Molendinis, quæ uento uel aqua mouent. Secus in alijs Molendinis. Aut tale opus multum impedit libertatē spiritus. Aut ergo opus illud suadet necessitas, aut pietas, aut mera uoluntas. Si necessitas? Sic non nocet, ut quū hostes nos impugnant, necesse habemus nos defendere, ut dictum est. Vel quū nuncius se offert qui mox recessurus est, potest quis literas scribere. Aut cū quis Haleca capit, ppter necessitatem aut damnum uitandum, quando congruū tempus est ad Haleca capienda, preterq̄ in

maio-

maioribus solénitatibus. Ita tamen ꝙ post factam capturam, congruam faciant portionem Ecclesijs circumpositis atq; pauperib9 Christianis Extra ca. Cõ. Credo etiam ꝙ si iacentibus segetib9 in agris, aut fœnis in pratis immineat tẽpestas, aut pluuia que corrũpat aut multum ea deteriora reddat, nõ sunt prohibendi domini rerum illarũ ea remouere, & damnum precauere. Sed hic sepe mentitur iniquitas sibi, Trepidãt timore, ubi non est timor, fingunt necessitaté, ubi tamen non est. Inde est ut iã passim tempore messis uideas in agris diebus festis, non minus q̃ alijs laborantes, Vnde hoc de halecibus & similibus secundũ Guilhelmũ potius limitandũ est ad arbitrium boni uiri, q̃ per aliquã doctrinam generalem tradendum.

frumenta possunt adduci etiã diebus festis imminente tempestate,

Aut illud opus suadet pietas. ut cũ quis laborat in agro pauperis propter Deũ. uel cũ quis uadit ad predicandum, quia necessitas & pietas æquiparantur. extra de ferijs Cap. ultimo.

Arare tamen agros pauperũ, aut eis aliquid uehere, aut alio modo laborare, non credo licere in diebus dominicis, aut

aut alijs maioribus solénitatib9.s. Chri
sti festis, & beatæ uirginis, & in diebus
apostolorum, De cæteris auté festiuita-
tibus, quo ad hoc credo ꝙ liceat sequi
cósuetudinem regionis, quam scit epis-
copus loci & non reprobat. Si auté du-
bitatur an sciat Episcopus & sustineat
recurrere debet Sacerdos ad Episco-
pum, ut super hoc ab eo certior red-
datur? Ad hoc auté, ut talia licite susti-
neant aut licite fiant, oportet ꝙ per hu-
iusmodi laborem non reuocentur la-
barañ. a diuinis audiendis quæ tenen-
tur audire. Et ꝙ talia principaliter fiãt
propter deum, & non propter affectum
carnalem, aut spe remunerationis terre
nę, & ꝙ necessitas paupertatis illi9 cui
talia fiunt hoc uideatur exigere.

Aut tertio illud opus suadet mera
uoluntas, sic non est licitum.

Circa hoc queritur, utrũ excusent serui
aut rustici, quos eorum dñi cópellunt
ad laborandũ in diebus festis? Respon
detur ꝙ non debent dominis suis in ta
libus obedire. Non eñ tenentur obedi-
re, nisi in licitis & honestis, quale non
est hoc. Si uero domini eos cópellunt

P ad

ad laborãdũ diebus festis, tunc, serui, ancillæ. & rustici, sic coacti iusto metu excusantur propter necessitatẽ, sed domini grauiter peccant, Potissime si ex cupiditate lucri subditos cogũt cõtra ꝑcepta ecclesiæ, & sine necessitate. Vide Glo. Decreti & Hostieñ. in summa ti. defer.

Itẽ querit. An illi excusent qui obligati dominis ad uecturam bladorũ, aut aliorũ abducunt illa in festis? Respondetur scd'm intentionẽ eiusdẽ glosse, ꝙ non excusant, sed uiolãt diem festũ, nisi cõpellat eos ad hoc aliqua necessitas, ut incursus hostiũ, aut aliquis alius casus de superius positis casib9 necessitatis, & specialiter, qui blada & aliqua similia ducũt dominis suis diebus festiuis propter hoc, ut alijs diebus liberius possint proprijs & consuetis laboribus intendere, nõ sunt omnino excusabiles, nisi arta necessitas eos ad hoc compelleret.

Guilhel. & Glo. ꝑdicta, aggrauat in hoc peccatũ regulariũ & sacerdotũ, qui absq; necessitate diebus dñicis quadrigant, aut alia huiusmodi faciũt, quia exemplo suo alios corrũpunt, qui eorum

facto

facto facile occasionē similiter faciendi accipiunt, cum etiā nullas habent rationabiles causas.

Item qui in uigilijs festiuitatū feriendarum mittūt quadrigas, aut equos ad ferēda necessaria in die festo, si ea quæ afferunt sunt necessaria ad diem festū, ita q̄ sine illis nō possunt cōmode transigere diem illum, nec ante poterant sup his sibi afferēdis prouidere, excusari possunt propter necessitaté. Alioquin non excusant, & maxime si hoc faciāt in die festo, ut uehicula & iumenta sua habeant alijs dieb9 de quotidiana opera sua exercenda.

Secundo preuaricant istud preceptum, qui diebus festis, cū deberét diuino interesse offitio seu seruitio, uadunt ad spectacula & Ludos, aut uacant comessationibus & ebrietatibus, in Tabernis & Cauponis, Aut intenti sunt ludis inhonestis, ut Chartaꝝ aut Taxilloꝝ, ea hora, qua celebrat magna Missa Parrochiæ, nō habentes excusationem, aut dicunt Vespere. A quibus ludis deberent abstinere, etiam diebus nō festis. Et ideo ratione temporis sacri, scilicet festi, pec-

catum eorum aggrauať. Vnde in Decretis de Conſe. diſt. 1. cap. Qui die, ex concilio Carthagineñ quarto dicitur. Qui die ſolenni, prætermiſſo eccleſiæ conuétu ad ſpectacula uadit, excommuniceť. Et in eodem libro. De conſe. diſ. 3. cap. Irreligioſa diciť irreligioſa conſuetudo eſt, quam uulgus per ſanctorũ ſolénitates agere conſueuit, populi qui debent diuina officia attendere, ſaltationibus turpibus inuigilant, cãtica non ſolum mala canentes ſed religioſorum officiis perſtrepunt. Hoc etem̃ ut ab om̃ibus ꝓuinciis depellatur, Sacerdotum & Iudicum a Concilio ſancto, iuri committiť.

pulchra sen: tencia diui aug: sua: dentis qd re: rum faciendu sit dieb9 festiuis,

Vnde Auguſt. lib. de. x. Chordis dicit, Diciť tibi ut ſpecialiter obſerues Sabbathum, non ſicut Iudei obſeruant carnali otio, Vacare em̃ uolunt ad nugas & luxurias ſuas, Melius quippe faceret Iudeus in agro ſuo aliquid utile, q̃ in theatris ſeditioni inſiſteret. Et melius fœminæ eorum in die ſabbati laná filarent, q̃ tota die impudice ſaltarent.

Hoc auté dicit Augu. Non ꝙ diebus feſtis nõ ſit ceſſandum a negociis actuum

um exteriorũ,ſed qm̃ Sacerdotes & Prælati,quorum eſt huiuſmodi feſta indicere & determinare,q̃liter ab exteriori opere ſit ceſſandum,magis debent populum reuocare ab his, quæ maiorem prebent peccandi occaſionem,aut magis ſunt culpabilia.

Nunc autem proch pudor Chriſtiani diebus feſtis ſunt intenti,comeſſationibus,potationibus, ſcurrilitatibus, ludis ac iocis ꝓhibitis,loq̃citatibus criminoſis,Choreis etc,quũ tamen,ut dicit Grego.die feſto curandum eſt,ut quicquid negligentiæ per ſex dies incurritur, die Dominico ꝑcib9 expief.Et Hieronym9, Valde abſurdũ eſt,nimia ſaturitate uelle martirem honorare,qué ſcimus Deo per ieiunia placuiſſe.

Facinora que perpetramus christiani diebus sacris

Tertium præceptum hoc tranſgrediuntur,qui diebus feſtis aſſunt quidé corpore in Eccleſia,ſed animo nihil eccleſiaſticum agunt,ſed aut colloquũtur de alijs negocijs ſecularibus & confabulantur,aut deambulant per Eccleſiam,ſine quauis reuerentia & ueneratione in Deum aut ſanctos,ut de eis uere dici poſſit illud Iſa.29. Populus hic labijs me honorat

noꝛat

norat, cor autem eorũ longe est a me, ue
runtamen sicut Christus Iohan.2. facto
de funiculis flagello, eiecit ementes &
uendentes de Templo, & mensas num⸗
mulariorũ subuertit. Ita istos confabu⸗
latores & deábulatores Immo quoscũq;
irreuerentes in templo, flagello æternæ
damnationis pcuciet, & de Templo suo
supernæ ciuitatis Hierusalem eijciet in
lacum inferni.

De Quarto praecepto.

Quartum præceptum Dei est, Hono⸗
ra patrem tuum & matrem tuam, ut sis
longeuus super terram, quã Dominus
Deus tuus dabit tibi.

Notandum, quod duplex est iustitia
qua homo habet recte ordinari scz & ad
creatorem & ad creaturam siue ad Deũ
& ad proximũ, Et scd'm hoc duplex est
Tabula, in qua Lex Dei est scripta. In
prima Tabula continent tria mandata
ordinantia nos ad Deum, secundũ tria
appropriata tribus psonis diuinis, quæ
sunt, Pater, Filius, Spiritussanctus. Et se⸗
cundum triplicé operationem animæ.
In primo mandato pcipit humilis ado

ratio

ratio summæ maiestatis. In scd'o, fidelis confessio summæ ueritatis. In Tertio sincera dilectio diuinæ bonitatis. De his tribus mandatis iam dictum est.

In secūda uero Tabula continent' septem mandata ordinantia nos ad proximum, quæ significant' per duo præcepta legis naturæ, Hoc facias alijs quod tibi uis fieri. Non facias alijs quod tibi nō uis fieri. Et scd'm hoc duplex est pars iusticiæ ordinantis ad proximū, scz beneficentia, & innocentia, Mandatum beneficentiæ est, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Hoc autem mandatum non solum est reuerentiæ, sed etiam beneficij & obsequij. Mandatū autem innocentiæ necesse est multiplicari, quia hoc mandatum consistit in hoc, ut caueas ab offensa proximi tui. Est autem triplex offensa proximi in corde, in uerbo, & in facto. Offensa in facto, est trib9 modis, scd'm ꝙ homo tribus modis facto, potest offendere proximū. Primo in ꝓpria persona, Et scd'm hoc est præceptum, Non occides. Secundo in persona coniuncta. Et scd'm hoc est ꝑceptū, Non Mechaberis. Tertio in possessione

terrenorũ, Et scđm hoc est præceptum. Non furtum facies. Dehinc sequit̃ offensa in uerbo, Contra quã est unũ mandatum, Non falsum testimonium dices. Offensa autem in corde duas habet radices, scđm duplicem concupiscentiã, Quia est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculoꝝ. Contra concupiscẽtiam carnis, est unum mandatum, Nõ concupisces uxorem proximi tui. Contra concupiscentiam oculorũ est aliud mandatum, non agrum nec aliquã aliã rem. Et ita patet sufficientia decem præceptorum.

Et quia inter proximos, maxime parentibus obligamur, ideo inter præcepta ordinantia nos ad proximũ, primũ ponitur Exo. 20. De honore parentum, De quo præcepto dicemus duo. Primo quomodo intelligendũ sit hoc ꝑceptũ, & obseruandum. Scđo dicemꝰ, Quibus modis & a quibus hoc ꝑceptũ uioletur.

De primo, Id ante omnia tenendum ꝙ istđ ꝑceptum primo intelligit̃ de patre & matre scđm carnis originẽ, quos filij ipsi iubent̃ hic honorare.

Honor autẽ parentũ in tribus cõsistit,

hoc

hoc est, Si filij & filie uolunt hoc preceptum implere, tria debent parentibus, sec͠dm quod parentes dant tria suis liberis. Primo eis dant stabilimentũ, quo ad esse. Ecclesi.7. Memento quoniã nisi per illos scilicet parentes natus nõ fuisses. Secũdo dant eis nutrimentũ seu fulcimentũ, quoad necessaria uitæ, Nudus em̃ intrat filius in hunc mundũ, sed a parentibus sunstentatˀ. Tertio dãt eis documentũ. Ad Heb.12. Patres quidẽ carnis nostræ eruditores habuimus. Ecce tria quæ pueri a parentibus acceperˀt.

Ita etiam filij & filiæ tria debent parentibus. Primo pro stabilimento quoad esse, id est pro eo ꝙ ab eis acceperũt esse, debent eis reuerentiã, Quæ in tribus cõsistit.

Primo in affectu, ut scilicet liberi parẽtes suos ament. Vnde Hieronymus in epistola de parentibus honorandis, dicit. Memento parentũ, quorũ manibus crementa sumpsisti. Sit tibi grata ipsoꝝ uita, quibus charior uita tua q̃ propria, redde eis amorem uicem colende pietatis.

Secũdo reuerentia parentibus a liberis suis debita cõsistit in signo, ut in exteriori reuerentiali exhibitione, quæ fit assurgendo ipsis, supra se locando, aut alijs similibus modis, Deut. 27. Maledictus qui nõ honorat patrem suum, aut matrem suam.

Tertio reuerentia consistit in timore filiali, Vt liberi timeant parentes offendere, uerbo, signo, uel facto, Ad quem timorẽ filijs ingerendũ parentes obseruent solicite, ne ex inordinato affectu, dissoluta leticia cum illis cõuersentur, sed grauitate discreta & exemplari uita se semper illis exhibeant. Nã ex nimia parentũ leticia & lenitate filij fieri solẽt insolentes, & reuerentiã timoréq; erga parentes amittere. Postq̃ autẽ contra eos ceruicẽ erexerint, ex correctiõe plerũq; deteriores fiunt. Et ideo semper in iuuentute sub disciplina parentum curuandi sunt.

Secũdo pro nutrimento & fulcimento quod liberi a parentibus acceperũt, debent eis sustentationẽ in eorũ necessitate. Quæ sustentatio similiter in trib9 cõsistit scdm Alex. de Hales.

Pri-

Primũ est, solatium uerborũ. Tenẽ-tur enim liberi parentes alloqui nõ uer bis duris, & asperis uel contẽptibilibus, sed blandis & cõsolatorijs, unde Eccle. 3. dicit̃. Dedecus filij pater sine hono-re. Et sequitur. Suscipe senectam patris, & non contristes eũ in uita illius.

Et Hieronym⁹ de honorandis paren tibus. Nemo patrem asperis uerbis le-dat, affectũ sonent quicquid linguæ di-xerint filiorum. Hec ora loquantur fili-orum, quod parentes delectat audire. Secundũ in quo cõsistit sustẽtatio parẽ-tum est exhibitio obsequiorũ, ut scilicet eis diligenter seruiant, per se, uel per ali-os. Et si sint infirmi, eos uisitent, & eorꝫ ministerio & curationi intendant. Vn-de Eccle. 3. dicit̃. Qui timet dñm hono rat parẽtes, & quasi dñis seruiet his qui se genuerunt. Et merito. Nam paren-tes seruierũt liberis, quando sibijpsis p̃-esse & seruire nõ poterant. Ideo de lege naturæ est, ut & liberi uicissim ipsis pa-rentibus seruiant & obsequant̃ in paup tate, aut infirmitate, aut senio, quando sibijpsis amplius sufficere non possunt. Alioquin esset ingratitudo maxima.

Ter-

Tertium est, exhibitio necessariorũ, ut si sint pauperes, ipsis uitæ necessaria pro posse ministrẽt. Et hoc de proprijs facultatibus. Quæ si nõ sufficiũt utrisq;, scilicet parentibus & liberis. Addant liberi proprium laborẽ Eccle. 3. Retribue illis, quomõ & illi tibi. Et Ambro. super Lucã. 18. dicit. Si paueris matrẽ, non reddidisti ei cruciatus quos pro te passa est, Non obsequia quibus te gestauit. Non alimenta, quæ tribuit tibi pietatis affectu, immulgens labris ubera, Non famẽ quã pro te tolerauit, ne quid quod tibi noxiũ esset comederet, neq; qđ iacti noceret hauriret. Tibi illa ieiunauit, tibi manducauit, tibi illa cibũ quẽ uoluit non accepit, tibi quẽ noluit cibũ assumpsit, tibi uigilauit, tibi fleuit, & ita illam egre pacieris? Illi debes qđ habes, cui debes ꝙ es.

Et Thob. 4. dicit̃ honorẽ habebis matri tuæ cunctis diebus uitæ tuæ. Item, memor esse debes quæ & quanta pericula passa sit in utero suo propter te.

Exemplũ obligatiõis filiorũ ad prouidendũ parentibus possumus accipere a Christo, qui quum esset in mortis angustia

gūstia, non est oblitus matris, sed curam habuit, quomodo hic post eū maneret, & ideo eam charo discipulo Iohāni cōmendauit. Joh: 19

Et hoc idem natura nos docet quodam uestigio & Exemplo in Ciconijs iu nioribus, quæ uolant ad predam & uictum queritandum, & quod inueniunt protinus deferunt Ciconijs parentibus suis senioribus, & in nido quiescentibus quia amplius uolare non possunt ad pdam, & ita nutriunt suos parentes.

Et ut paucis rem absoluam, benedictio Dei omnipotentis descendit super illos, qui parentes suos educant in senectute. Et ediuerso maledictio Dei uenit sup domum illorū, qui parentibus suis denegant uictualia, cum sunt in ægestate & penuria. Idcirco Dn̄s nr̄ Matth. 15. Acerbe rep̄hendit Scribas & Pharisæos, qui hanc peruersam & falsam atq; erroneam doctrinam dissemnabant in populo ad suum lucrū & cōmodum, atq; aucupium, quod melius esset filio diuiti offerre munera Deo in Templo & facere magnas oblationes, q̄ succurrere suis parentibus in necessitate positis, & subminist-

ministrare illis necessaria, quoniam (ut dixerunt) illæ oblationes factæ ad altare a filio, etiam prosunt parentibus q̃ntum ad salutem animarũ, Sed ita docuerũt Pharisæy, ut copiosiores fierent oblationes in Templo, quæ in usum & ꝓfectum eorum cederent.

Tertio pro documento quod parentes dederũt suis liberis, tenenť liberi eis obedientiam, ut obediant eoꝶ præceptis in omnibus, saltem quæ ꝑtinent ad utilitatem aut necessitatem rei familiaris, & quæ ꝑtinent ad bonos mores, & quæ saluti sunt necessaria Et hoc uoluit Apľus ad Ephe. 6. dicens, Obedite filij parentibus uestris in Dño. i. scd'm fidem & iustitiam domini Dei. Si eñ ꝑciperẽt aliquid contrarium Deo, non esset eis obediendum, sed Deo.

Scd'o istud præceptum intelligiť etiã de patre & matre spũali, Patres nostri spirituales sunt Prælati nostri, Episcopi & curati, atq; alij Præpositi nr̃i Ecclesiastici, qui ꝓuinciam habent nos instruendi, dirigendi, & sacramentis Ecclesiasticis muniendi ac sanctificandi. Idcirco patres nostri sunt, non quidem corpoꝶ

sed

sed animorum. Sicut Paulus ad Galat. 4. scribit, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in uobis Christus. Et 1. Corint. 4. ait. In Christo Iesu, per Euangelium ego uos genui. His autem patribus debemus etiam honorem, & obedientiam præceptis ipsorũ, sicut testatur Apostolus ad Hebr. 13. Dicens. Obedite Præpositis uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem de animabus uestris reddituri.

Debent etiã fideles illis patribus spiritualibus exhibere alimoniã, persoluendo decimas, oblationes, & alia iura tẽporalia. secundum laudabilem cõsuetudinẽ persolui illis solita. Nam iure diuino, naturali, & positiuo, his qui spiritualia administrant, debentur temporalia bona pro sustentatione eorum corporali, Quemadmodum innuit Apostolus. 1. ad Thi. 5. Qui bene præsunt Presbiteri, duplici honore habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Duplici inquit, scilicet honore obedientiæ & subministrationis rerum temporalium, pro ipsorum sustentatione. Qui enim spiritualia seminant, debent temporalia metere. 1. ad cor: 9.

Tem

Tertio per istud p̄ceptū debemus Ecclesiam sanctam honorare, ut matrem nostram spiritualem, quæ nos Christo per Baptismum regenerauit. Huic autē debemus obedientiam, seruando ei9 p̄cepta, in festo℞ celebratione, Ieiunio℞ obseruatione, sacræ Missæ auditione, ꝓ festo Paschæ confessione, & sacra cōmunione & cæteris ipsi9 constitutionibus. Nam Dn̄s Matth. 18. dicit. ꝙ si quis Ecclesiam non audierit, haberi debet sicut Ethnicus & Publicanus. Et Btūs Augu. libro de expositione Symboli ad Cathecuminos, ait, Non habebit Deū patrem qui Ecclesiam cōtemnit habere matrē. Quarto patres nostri sunt reges & principes terreni, similiter iudices & magistratus locorū, qui curam habēt gubernandi populū in pace & tranquillitate reip. Et his debet a subditis primo honor ratiōe superioris & sublimioris status & gradus. Iuxta illud. 1. Pet. 2. Regem honorificate. Secūdo timorē ratione potestatis quā habet ad eos coherscendū. Iuxta illud ad Roma. 8, Si male feceris time, Non em̄ sine causa gladium portat, glo. id est non sine causa habet

bet iudiciariam potestatē. Dei enim minister est uindex in irā ei qui male agit. Tertio debet eis obedientia ratione officij gubernationis, ut sic ad ipsorū imperiū moueant, saltē inquantū iusta pcipiunt, & quæ ad modū suæ superioritatis pertinent, Vnde. 1. Pet. 2. Subiecti estote omi hūanæ creaturæ propter deum, siue regi tanq̄ precellenti, siue ducibus tanq̄ ab eo missis.

Quarto tenent eis ad tributa, quæ sunt stipendia laborꝝ eorum. Iuxta illud ad Roma. 13. Reddite omibus debita, cui tributū, tributum, cui uectigal, uectigal, cui timorem, timorē, cui honorem, honorem.

Et ita facientes, ad implebimus integre hoc quartum preceptum.

Et nota ꝙ hoc preceptū congrue, seruantibus promittit dn̄s longeuitatem, non solū quantū ad uitā futurā, sed etiam quantū ad presentē. Quod etiā apostolus. 1. Timo. 4. innuit, ubi dicit. Pietas ad omia utilis est, promissionē habens uitæ, quæ nunc est, & futuræ.

Sed querit, Quare dn̄s huic mandato addidit pmissionē premij plus q̄ cæ-

teris? Respondet Alex. de Hales in suo tertio, q ideo, ut ad sustentationē parentū allicerent filij ex diuina promissiōe, quēadmodū ad sustentationē filiorum inclinantur parentes ex natura.

Iterum querit, Quare huic precepto addita sit potius promissio longeuitatis, q̃ promissio alterius premij? Respōdet S. Tho. 2.2. q. 122. q ideo, quia qui gratus est beneficio, meret secūdū quādā congruentiā, ut sibi beneficiū conseruet. Sed propter ingratitudinē meret quis perdere bn̄efitiū. Beneficium autē uitæ corporalis post deū a parentib9 habemus. Et ideo ille qui parentes honorat, quasi gratus de bn̄fitio accepto, meret eiusdē beneficij scilicet uitæ suæ conseruationem.

Qui autē non honorat parentes, meret tanq̃ ingratus suscepto ab eis beneficio, scilicet uita, priuari. Quia tamē presentia bona uel mala, non cadunt sub merito, nisi inquantū ordinant ad futurā remunerationē. Et ideo quādoq; scd'm occultā rationē diuinorū iuditiorū (q̄ maxime futurā remunerationē respiciant) aliqui, qui sunt pij in parentes citius

us uita priuant. Alij uero qui impieta-
tem in parentes demonstrãt, diutius ui
uunt.

Pro expediẽda scđa parte huius prece-
pti dicemus, qui sunt, qui hoc quartum
preceptum transgrediuntur.

Contra hoc preceptũ faciunt primo
illi qui parentibus suis secundũ carnem
sunt inobediẽtes, aut eos irrident & for
sitan pauperes & debiles senio cõfectos
spernũt & cõtemnunt. Aut duris uerbis
cõtristant, aut uerbis cõtumeliosis deho
nestant. Aut maledicũt, aut mortẽ eorũ
ex odio optant, forsitan ut hæreditatẽ
possideant, aut licẽtiose uiuant. Aut ma
nus uiolentas inijciũt, aut necessitatibus
eorũ nõ obsequunt neq; prouident, neq;
indigentibus pro posse uitæ necessaria
ministrant.

Tales solent a dño deo grauiter puniri,
ut narrãt historiæ. Vt Cham filius Noe
Geñ. 9. quia patrem suũ irrisit, iacẽtem
nudũ in tabernaculo, somnoq; & ebrie-
tate oppressum, & illam nuditatẽ fratri
bus suis nũciauit. incurrit maledictionẽ
patris cũ tota sua posteritate. Alij uero
duo filij eius, Sem & Iaphet, quia nudi-

transgresso-
res hui⁹ pre-
cepti qui sẽ

taté mẽbrorum uirilium patris cũ uerecundia cõtexerunt, benedictioné paternã sunt consecuti.

Isaac maxime cõmendatur, quod quum agnosceret paternam uoluntaté de sui imolatione, ne uerbo quidem uno recusauit, sed lubens collũ districto ensi prebuit. Quæ res illi bene contigit. Nam & a morte conseruatus est, & propter obedientiam, benedictiouem a dño accipere meruit. Gen 22

Gen 27 Iacob quia obediuit matri Rebeccæ, bene ei fuit coram deo, Male auté contigit Esau inobedienti & contumaci.

Thobias suis uirtutũ operibus meruit edoceri ab Angelo de remedio cæcitatis paternæ curandæ. Et cap. 3. Tobiæ dicitur quomodo Thobias ipsæ pater orabat pro suis parentibus, Ne reminiscaris delicta mea, uel parentũ meorum. Et cap. 4. timés mori uocauit ad se filium suum, dixitque ei honoré habebis matri tuæ, etc. ut su.

Hieremiæ quoque. 35. dicitur de filijs Ionabath. filij Recab. quod dominus misit Hieremiam ad probandum eorum obedientiam ad patrem, & iussit Hieremiæ, ut offerret eis uinum, Qui responderunt

Non

Non bibemus uinũ,quia Ionabath pa-
ter noster præcepit nobis dicens,Non
bibetis uinum uos,& filij uestri usq; in
sempiternum. Sequit. Obediem9 ergo
uoci patris nostri etc.Et eodem ca.dixit
eis Hieremias. Pro eo q obedistis præ-
cepto patris uestri,& custodistis omnia
mandata eius,non deficiet uir de stirpe
Ionabath,stans in conspectu meo cun-
ctis dieb9.i.prosperans in hac uita & fu
tura.

Insup diuus Ludouicus quondã Rex
Francorꝝ,quũ semp præceptis fidelissi-
mus.matris Blanchæ Regis Castellæ fi-
liæ,paruisset,cõparauit sibi,cum in hoc
sæculo abundantissimas opes,& nunq̃
intermoriturũ famæ decus,tum uero in
cœlis gloriam,& ꝑpetuam fœlicitatem
Quæ bona quũ intelligeret se esse assecu
tum propter ꝓstitam matri obedientiã,
moriens in primis iussit Philippo filio
mox futuro Francorum Regi,ut matri
(quã ipsæ coniugem cognouerat sancti
tatis & religionis plenam)illi inq̃,si fœ
lix & longeuus esse uellet diligentissi-
me obsequeretur.

Posttemo Paul9 ad Rom. 1.Inter pec

cata mortalia annumerat inobedientiam erga parentes, in rebus scz honestis, & quæ non sunt contra Dei honorem. Et Deut. 21. Præcepit Dñs filium contumacem & ꝓteruum, qui monita parentum audire cõtemnit, & illis est inobediens condemnari ad mortem, & lapidari a populo. In secũdo uero libro Regum ca. 18. dicit̃, ꝙ Absalon filius Dauid, suscitauit coniurationem cõtra patrem suum, & uoluit expellere eũ regno sed ob id ignominiosa morte periјt, per crines arbori, sub qua male insidens trãsiјt, adhærens, & tribus Lanceis a Ioab principe militiæ Dauid confixus ꝑ præcordia & occisus. Talis certe est finis illoꝝ, qui parentes suos ꝑsequunt̃.

Insup Btũs August. 22. de Ciuita. ca. 8. Narrat terribile Exemplum, de quadam matre uidua, quæ septem habebat filios, & tres filias, rebelles matri suæ & inobedientes. Quibus ipsa simul ex impacientia, & acerbitate animi, imprecata est maledictionem. Statim omnes illi decem, tali plaga a Deo sunt ꝑcussi, quod toto corpore, & omnibus corporis membris tremuerunt, continuo tre

more

more & asſiduo. Et ex illis duo, frater & ſoror uenerunt ad Hipponenſem ciuitatem, ubi Btũs Auguſt. erat tunc Epiſcopus, & p inuocationem ſancti Stephani factam ad reliquias eius, in eadem Eccleſia repoſitas, ambo liberati ſunt ab illa plaga tremoris corporalis.

Et certe cõmuniter id uidemus accidere ex diuina permiſſione, quod quando aliqui fuerũt rebelles & inobediẽtes ſuis parentib9. Vbi poſtea habuerũt filios, aut filias. Illi etiã fuerunt ipſis rebelles, cõtumaces, & inobedientes, ut per q̄ quis peccat, per hec torqueat̃ Sapiẽ. 11.

Meminit quoq; & Bonauentura in expoſitiõe huius quarti præcepti, cuiuſdã exẽpli terribilis, quod & in libro apum latius ſcribitur. In Normandiæ partibus, uir admodũ diues erat ſed ignobilis. Hic habebat filiũ unicũ & dilectum, quẽ delicate educauerat. Conuenit ergo patrẽ miles quidã nobilis cũ amicis dicẽs. Filia eſt nobis, nimis decora & prudens, per quã ſi tibi placuerit poſteritas tua exaltari poterit & iuuari. Hanc filio tuo dabimus in uxorẽ, hoc tamẽ modo, ut cedas poſſeſſionib9 uniuerſis, & Exemplum terribile de inhonorandis parẽtib9

fili9 tibi & matri, q̃ diu uixeritis abũdã-
tissime ministrabit. Annuit pater. Per-
actis ergo nupcijs, filius & uxor eius, an
no quidé primo. Honorant parétes, ui-
ctũ copiose ministrát, sed scđo anno mi
nus. Tertio inuerecũdius q̃ decebat.
Quarto auté anno, suggerente uxore, fi-
lius parentibus suis, domũculam paruã
in opposito domus suæ cõstituit, ut mi-
nus esset indecens iuuenibus sibi eis ne-
cessaria insufficienter ministrare. Pertu
lit ergo senex pater ibidem cũ uxore de-
crepita non modicã egestaté. Accidit ut
filius cũ uxore caponé coquerét, Venit
pater ut aliquid de capone sibi ꝓ esu da
retur. Mox illi in archam caponem ab
scondũt ne pater illum uideret uel ede-
ret. Quo uiso pater exijt domo. Tũc u-
xor dixit marito, modo possum9 come
dere in pace, uade ad archam & accipe
caponé coctũ. Iuit ille & inuenit bufo-
nem maximũ caponis pectori herenté,
nisusq; bufoné excutere. ut uiolenter in-
stitit, bufo resiliens adeo faciem eius in-
uasit, ut nulla arte uel consilio deponi
posset aut excuti, sed sic multis annis in
herendo, hominis nequitiã puniuit.

Con-

Cōterritus igiť & contritus adijt episcopū suū,& cum omi dolore confessus, ꝑ pœnitentia recepit ab illo,ut per omes fines Normandiæ & Galliæ ciuitates reuelata facie circuiret, & ubiq narraret, populis euentū rei, ut per hoc exēplum sumerent filij honorare parentes, & discerēt quam periculosum sit uicē nō rependere laboribus, quos ipsi parētes filijs impenderent. Hunc tamē post multam pœnitētiā audiuimꝰ sanctorū quorundā ꝑcibus liberatū,& disparuisse subito fœdū monstrū. Tametsi Bona. dicat hūc hominē mala morte perijsse.

Maxima mali pars, & causa inobedientiæ atq irreuerentiæ liberorū erga parentes,manat ex praua educatione parentum,qui nihil neglectius habēt quo nihil ꝑciosius. Docenť uicia priusq̄ norint quid sit uicium. Nondum scit loqui,& iam scit quid sit coccum, Adhuc puer & iam mirať gemmas. Si quod repertum est uestis genus,ut quottidie ars Sartorū parit aliquid noui,hoc infanti addunt, Docenť sibi placere, Quomodo ergo postea supbiam oderit? Videt puer patrem eximie potum,assidet pa-

Ex mala educatione filij existunt mali

rum pudicis conuiuijs. Instigant puerū ad bibendum. Quomodo oderit grandis temulentiam, qui infans didicit esse uinosus? Instillant uerba illis, uix scorto ꝑmittenda, & si quid huiusmodi reddidit puer, osculis excipitur.

Mundana tantū docent & uicia. Audias patres sic dicentes. Ille humilis humili loco natus quia dicendi facultatē nactus est, summos Magistrat⁹ & imperia administrauit, opes acquisiuit ingētes, uxorem accepit diuitem. Construxit ꝑclaras ædes. In maxima gloria uersat̃. In regia clarissimus est. Omnes claros uiros in sæculo memorant, cœlestis uero conuersationis & cœlestium bonoꝝ mentio nulla. Quod si quis aliquid huiusmodi memorare uoluerit, reijcitur. Et ita cum hac doctrina teneros eorum animos imbuunt, nil aliud q̃ materiam omnium malorū docentes, duos istos uiolentissimos amores inserentes, pecuniarū, & uanissimæ gloriæ, quæ omnia corrumpunt. Vbi optandum erat quomō hanc pestem euadere possent. Hæc Chrisosto.

Mala ergo educatio, inobedientes parit liberos.

Secun-

Secundo transgrediunt̃ hoc præceptũ, qui suis superiorib9 & Prælatis Ecclesiasticis sunt inobedientes, nec uolũt obedire mandatis eorꝝ publicis, iustis & rationabilibus. Quinimo detrahunt suis Prælatis, obloquentes contra uitam & mores eorꝝ. Et non considerant quod quantũcũq; sunt scandalosi in uita sua, non tamen idcirco sacramenta per eos ministrata, sunt minoris efficatiæ is qui rite ea suscipiunt, quoniam non a bonitate aut conditione ministrorũ, sed ex diuina institutione & uirtute uim suã habent. Et ꝓpter improbam uitam Prælatorꝝ, subditi non eximunt̃ ab eorum obedientia & subiectione, quũ de malis Prælatis dicat Christus Matth. 23. Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere, dicunt em̃ & non faciunt. Et. 1. Pe. 2. dicit̃. Obedite Præpositis, nõ tantum bonis & modestis, sed etiam discolis Et id quidem ꝓpter prælationem, quã Deo permittente gerunt.

Tertio uiolant hoc præceptũ. qui mãdata ecclesiæ de festis celebrãdis, aut ieiuniis obseruandis contẽnunt. Similiter & hi, qui cẽsuras ecclesiasticas, & excõ

muni

municatões paruipendũt, & hi qui decimas & oblationes ministris ecclesiæ debitas, pro sustentatiõe uitæ eorũ. Fideliter & integræ nõ persoluũt. Om̃ia enim hæc redũdant in cõtemptũ Ecclesiæ, & ministrorũ eius. Et sunt cõtraria huic salutari monito Eccle. 7. Honorifica sacerdotes, & da illis partẽ (sicut mandatum est tibi) Primiciarũ, & purgationis & de negligẽtia tua purga te cũ paucis.

Hæretici longe aliter sentiũt, qui docent neq; ecclesiæ, neq; prelatis eius esse obediendũ. Sed hoc facit temeritas proprij ingenij sibiipsi nimiũ credens atq; confidens.

Inde tã multi hoc tẽpore, antiquis spretis patrib9, spretis prelatis & põtificib9, spretis sanctis doctoribus, spretis deniq; cõsiliis, ac postremo spretis om̃i authoritate & diffinitionib9 sacro sanctæ ecclesiæ, homines licet parũ docti, nouas quotidie fingunt opiniões & nouos errores. Nam dũ uni uolũt inherere scripturæ, hac perperam intellectã, sensum quem inde sibi eliciũt adulterinũ. dicũt uerbũ dei, quũ sit proprij capitis sui figmen-

gmētū.Hoc tamē adeo persuadēt, adeo credendū statuūt. ut mordicus etiam ꝓ illo digladientur.

Hinc fit etiā, ut natiuū ac genuinū scripturæ sensum, quem recepit & habet ecclesia singulari priuilegio ex instinctu spiritussancti, ipsi abijciāt, adeo ut quicquid iam olim in ecclesia statutum est atq; receptū, aut eliminent, aut permutent, aut interturbent. His deest humilitas, sine qua uerbū Dei intelligi aut tractari non potest, Christo dicente. Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc a prudentibus & reuelasti ea paruulis. Math: xi. b. Luce. x.

Hij uero arrogantes, tot sanctis patrib⁹ tot sæculis fœliciter transactis, suas ꝓferunt insanias, quasi in scripturis intelligerent, quod innumeri sancti. Immo quod uniuersa Ecclesia a Christi temporibus hactenus sub maximo periculo errans ignorasset.

Quod si admitteret, ubi tunc Christi esset ueritas, promittentis spiritumsctm̄ sese missurū qui uere doceat inducatq; in omnem ueritatem, puta obscura elucidādo, & non reuelata manifestando, idq; non nisi per sanctos homines spiritu Dei illuminatos. Quam

Quam temerariũ autem est ac supbũ tam est etiam stultum quoduis Ecclesiæ membrũ hanc sibi arrogare gratiam, ut doctorem habeat spiritũ sctm̃, quo liceat sibi quicq̃ aliud sentire ab Ecclesia diuersum. Non recte sentit, quisquis aliter q̃ Ecclesia senserit, quãlibet suæ opiniõi uideat astipulari Scriptura, quia qui in Scriptura loquit, non est Deus dissensionis, sed unitatis & pacis.

Obediamus ergo Ecclesiæ, Admonet nos obedientiæ quod in ueteri Testamé
Leui: xviii to, si quis Sacerdotis summi detractasset
xix. et. xx. imperiũ, aut spreuisset mandatũ, mortis supplitio puniebat. Atqui Noui Testamenti Sacerdotiũ, iurisdictio authoritas, & dignitas spiritualis, longe sunt p̃stantiora. Adde quod Christus dicit.
math: xviii Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Et iterũ. Super
math: xxiii Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæcũq; dixerint uobis facite.
Luce. x. Et item. Qui uos audit, me audit etc.
Quapropter dicere summum Sacerdotẽ Prælatũ, & animarum nr̃arũ pastorẽ, nihil posse præcipere, nisi quod Scripturæ explicitus iubent, plane ridiculũ est. Certe nihil

nihil poteſt præcipere contra Scripturã ſed iuxta ſcripturam aut pro ſcriptura, q̃re non poſſit, ubi id flagitet animarũ (q̃rum Paſtor eſt & pater) neceſſitas, aut euidens magnaq; utilitas?

Qui non eſt contra uos, ait Chriſtus pro uobis eſt. Quod nõ eſt contra ſcripturam, pro ſcriptura eſt, & ꝓ Scriptura militat. marci. 9. luce, 9.

Si ergo prelatus & pater & paſtor, ꝓ nobis deo reddet rationẽ, ut in Ezechiele clariſſimũ eſt. Vbi dominus pro eius negligentia ſe animarũ ſanguinẽ de manu eius requirere cõminať, quomodo non poſſit precipere nobis, aut quomodo nõ deberem⁹ nos illi obedire? ca.º xxxiii.

Si dixerit hæreticus, apoſtolis cõmiſſum erat eccleſiæ regimẽ, nõ aliis. Reſpõdeť, hoc merũ figmentũ eſt, ꝙ nõ aliis quoq; ab apoſtolis paſtorib⁹ & prælatis fuerit cõmiſſum regimen eccleſiæ, qui poſſint conſtitutiones facere. Habẽt enĩ quæq; tẽpora ſua pericula, quibus e regione ſuæ debenť a paſtoribus etiam uigiliæ atq; curæ. Nouis quotidie morbis emergentib⁹, noua etiã parari remedia neceſſe eſt, ad quæ prelatis deus authoris

toritatē dedit, & ſpiritū ſanctū non ne-
gat, immo pollicet̄ ſic ſe daturū ſpiritū
ſanctū, ut maneat nobiſcū in æternum.
Idq; (ne tergiuerſandi ullus pateat ſub-
ditis locus) non pro merito p̄cipientis
ſed in utilitatem, quam Chriſtus diligit
ſubiectæ plebis.

Ideo nō conſiderandū eſt, quis & cu-
ius uitæ ſit, aut meriti, qui in Eccleſia p̄-
ſidet nobis ſed cuius iuſſu, ordinatione
atq; authoritate Prælat9 ſit nobis. Neq;
eñ iuſſi ſumus Prælatoꝝ imitari opera
ſed ſeruare præcepta, Nec authoritas, &
Iuriſdictio quam in ſubditis habent, Sa
cerdotaleq; officium, ſuper merito uitæ
eorum, ſed ſuper uerbo Chriſti fundata
ſunt.

Cæterū q̄ impium eſt queſo pro Re-
publica & commodis temporalibus le-
ges ferre, & pro ſaluandis animabus Le-
ges inſtitutas non ferre? Fateri uni ge-
nerali Prælato Eccleſiæ (quod neceſſe
eſt) uniuerſalis regimen cōmiſſum eſſe,
& nihil eundem poſſe ſubiectis p̄cipere
ſubditiſq; non obediendi libertatem a-
ſtruere?

Nemo tamē propterea putet nobis ui-
tam

tam prelatorũ oẽm placere, nec abusus qui perperã introducti sunt laudari. Absit hoc a nobis, pro his suadeo orandũ, donec uel a deo, uel a cancilio gñrali (quoniã aliud nõ possum⁹) corrigantur. Hæc propter hæreticos dicta modo sufficiunt, ad propositũ reuertamur.

Quarto cõtra hoc quartũ preceptum faciũt, qui regibus & principib⁹ suis inobedientes sunt, & quibuscũq; superioribus suis in ciuili administratiõe, fraudantes eos in tributorũ & uectigaliũ p solutione, quũ dixerit dñs Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & q̃ sunt dei deo. Et beatus Paulus ad Roma. 13. ait. Reddite ergo om̃ibus debita, cui tributũ, tributũ, cui uectigal uectigal, cui honoré, honoré, cui timorem timorem.

Ad hec igitur subditi tenent. Sed tamẽ sciãt principes & superiores mutuũ esse inter principé ac populũ cõmertiũ. Tibi populus censum debet, debet obsequiũ, debet honoré. Sed tu uicissim populo debes bonũ ac uigilantẽ principẽ aut superioré. Cũ exigis uectigal a tuis ueluti debitũ, fac prius excucias temet

 ipsum.

ipsum num illis officij tui uectigal per-
solueris. Cũ principatũ aut prefectu-
ram suscipis, ne cogita quantũ accipias
honoris, sed quantũ oneris ac sollicitu-
dinis. Nec arbitreris tibi predã obtigis-
se, sed administrationem. Princeps aut
quisq; superior, qui nihil aliud cogitat,
nihil aliud agit, nisi ut q̃plurimũ pecu-
niarũ a subditis extorqueat, ut uendat
magistratus & officia, ut pœnas imme-
ritas exigat, utrum is princeps, uel su-
perior dicẽdus sit, an negotiator, an ut
uerius dicã prædo? Et num talis a sub-
ditis amabitur? Quisq; superior debet
imitari deũ, cuius locũ tenet. De9 ama-
tur a bonis oĩbus, nõ timet nisi a ma-
lis, timore seruili scilicet, ne scilicet sibi
noceat. Ita prefectus, princeps, nulli de-
bet esse formidabilis, nisi sontib9 ac sce
lerosis. At ita rursus, ut his quoq; spes ue
niæ reliqua fiat, si modo fuerint sanabi
les. Ex aduerso Cacodemon amat a ne-
mine, formidat ab omnibus p̃cipue bo
nis. Nam malis cũ illo conuenit, Ita Ty
rann9 optimis quibusq; maxime est in-
uisus, Id itaq; quisq; superior caueat.
Si tamẽ superior malus fuerit, nihi-
lomin9

dominus ei a subditis debetur census & obedientia in licitis & honestis.

Tantũ de Quarto Præcepto.

De Quinto praecepto.

Quintum Præceptum est, Non occides.

Notandum circa hoc, q̃ fuit una hæresis, quæ dicebat q̃ in noua lege non liceat cuicũq; potestati scilicet Ecclesiasticæ, aut seculari interficere hominem q̃ntumcũq; etiam malefactorem, nec liceat quicq̃ facere ratione cuius uita hominis abbreuiet᷑. Sed contra hanc hæresim est quod Petrus contra Ananiam & Saphi ram sententiam mortis dedit. Et Paul⁹ sententiam cecitatis contra Elimã magum, Actu. 13. Et ad Roma. 13. dicit, q̃ potestas non sine causa gladium portat Dei em̃ minister est uindex in ira ei qui male agit, Et Augu. Epistola. 2. ad Macedonium Præpositum expresse determinat. Non ergo ꝓhibet᷑ hic occisio hominum, sed tantum iniusta. Actu: v.

De hoc præcepto dicemus duo. Primo q̃õ hoc p̃ceptum debeat intelligi & obseruari. Secũdo q̃õ cõtingat hoc p̃ceptum solui & uiolari.

 De

De primo nota, q̧ inter ista Sex praecepta Dei negatiua, istud in ordine praeceptorum quintũ, ꝓhibet maximũ & summum detrimentum inferri personae hominis, scz occisionem, per quã aufertur hominis uita, & ipsa persona interit.

Praeterea, Homicidiũ multis modis dicit̃ fieri. Et unusquisq; illorum, per hoc praeceptum ꝓhibet̃. Primo sola mente, cum quis habet odium implacabile in aliquem, & animo secum reuoluit qũo illum occidat actu, perquirens circũstantias & oportunitatem ꝑpetrandi illius sceleris. Tale em̃ ꝓpositum, & consensus deliberat9 occidendi aliquem, licet etiã eam intentionem non exequat̃ opere, est pctm̃ mortale, & transgressio huius praecepti, quoniã est Homicidiũ mentale. Vnde Btũs Iohan. 1. Iohan. cap. 3. dicit. Omnis qui odit fratrem suum, Homicida est. Et ergo p istud praeceptum non solum ꝓhibet̃ occisio exterior actualis, sed etiam interior occidendi uolũtas.

Et ea omnia, quae possunt cõmuniter ad actum aut uoluntatem occidendi inducere, ut Ira, rixa, contentio, uerba con-

contumeliosa, iniuriæ, odium fraternũ, & similia, ex quibus solet occasio & materia sumi ꝑpetrandæ cedis. Vnde Dñs Matth. 5. dicit, Audistis quia dictum est antiquis. Non occides, qui autem occiderit reus erit iuditio, Ego autẽ dico uobis, quia omnis qui irascit̃ fratri suo, etiam motu cordis tantum reus erit iuditio, id est ob pctm̃ puniet̃ & iudicabitur uide ibi de Racha, & de hoc qui dixerit fratri fatue. Vbi Christus recte interpretans præceptum de prohibito Homicidio, ostendit eodem præcepto etiam ꝓhiberi iram irrationabilem, & uerba cõtumeliosa, quæ solent dare occasionem perpetrando Homicidio, nisi caueat̃.
Secũdo homicidium perpetrat̃ lingua, quãdo quis imperat alijs, ut quis iniuste occidat̃. Talis em̃ uere Homicida est licet manu illud malũ nõ perpetrauerit. Vt. 2. Reg. 12. dicit̃ rex Dauid Vriam militẽ suũ percussisse gladio, quia per eum scripsit lr̃as, quod a Ioab poneret̃ ex aduerso in acie belli, ubi maximum esset periculũ uitæ, & sic interficeret̃. Et eiusdem. 2. libri cap. 13. Absolon dicitur interfecisse fratrẽ suum Amnõ in cõ

uiuio, quia suis seruis precepit, q̃ ipsum assidenté mensæ interficerent. Consimiliter Iudei Matth. 27. uere dicuntur interfecisse Christũ in sua passione, quoniam succlamauerũt tumultuoso clamore ad pilatũ, q̃ crucifigeret & occideret. Vnde beatus Petrus Act. 3. Authoré uitæ interfecistis, interfecerunt nó manu, sed lingua.

Tertio perpetrat homicidiũ manu, id est, exteriori perẽptione, siue fiat gladio, siue telis, siue lapidibus, siue ueneno, aut alio quouis instrumento, siue etiam aperte, siue dolose.

Et iste modus tertius, cõmittitur uarijs modis ex intentiõe S. Thomæ. 2. 2. q. 64 & aliorum, primo, siue sit iudex, siue alter homo, qui uoluntarie occidit innocentem, qui nullam pœnam meruit, Talis occisio est iniusta.

Secũdo quãdo iudex uel eius minister, uel alius, occidit uoluntarie & scienter eum, qui licet pœnam meruerit corporalem, nó tamen morté, sed uel pœná carceris, uel uerberationis etc. Ista ergo occisio est iniusta.

Tertio, quãdo quis hominé, siue reũ, siue

siue nocentē, uoluntarie occidit, nō ser-uato debito ordine iuris, & maxime si ipse occidens nō habet ad hoc authori-tatē legitime potestatis, ut quia non est in hoc iudex illius occidēdi, nec est mi-nister talis iudicis, qui ex eius manda-to hoc faciat, scilicet ut plectat reos a Iu dice sentētiatus, aut ut in bello iusto oc cidat hostem.

Quarto, qui occidit hominē etiā reum mortis, sup quē habet potestatē legitti-mā sed occidit mala intētiōe, & iniusto animo, ut non ex amore iustitiæ & pro pter cōmune bonū. sed forte ex liuore uindictæ aut ex appetitu pœnæ.

Quinto qui occidit hominē cōpul-sus necessitate, euitabili tamen, ut quia inuadentē se, & occidere uolentem, eua dere posset fugiendo, uel adiutoriū ali-orum inuocando, & non uult propter uerecundiā, aut aliquo alio modo pos-set se saluare, sed non uult & occidit eū. Talis homicida reputatur, & agit con-tra presens preceptum.

Sexto, qñ quis danda operā rei illi-citæ, & quam uitare deberet, occidit ho-minem casu, & propter intentionem.

Vt si quis uiolenter percutit utrũ muli-
eris p̃gnantis, non intẽdẽs occidere. Et
si inde sequatur mors mulieris, aut fœ-
tus, reus est homicidij, maxime si fœtus
fuerat animatus. Et peccat cõtra hoc
preceptũ, ut habet̃ Exo. 21. In hoc enim
dat operam rei illicitæ, eo ꝙ ex tali per-
cussione nata sit sequi mors. Aut qui
mittit iaculũ uersus locũ, ubi cõsueuit
esse transitus hominũ, tũc dant operam
rei illicitæ, quare si occidit, agit cõtra p̃-
sens preceptũ. Et sic intelligit̃ de alijs
similibus casibus.

Septimo hoc homicidiũ quod dicit̃
manu seu facto cõmittit̃, quãdo quis,
dando operam rei licitæ, non tamẽ ad
hibendo diligentiã debitã, occidit casu
hominẽ & preter intẽtionẽ, ut si quis in
loco publico ubi cõsueuer̃t transire ho-
mines secat arborẽ. Ille adhibet operã
rei licitæ, & tamẽ si non adhibet debitã
diligentiã scilicet circũspiciendo, aut al
te clamando, ut sibi caueant homines,
& arbor cadens opprimat aliquẽ & oc-
cidat, ille secãs reus est homicij, eo ꝙ nõ
adhibuit diligẽtiã quæ in tali loco de-
bita fuisset, ita de similibus casibus.

Octa-

Octauo, qui negligit pro posse liberare a morte hominē, quem noscit positum in extrema necesitate, & in periculo uitæ. ut cū noscit aliquem in tali articulo constitutū, ꝙ circa eum apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei subueniat, si tūc hō negligat, illi pro posse subuenire homicida reputat, & agit contra hoc preceptū, unde Ambro. Pasce fame morientē, si non pauisti, occidisti. Ita similiter dicendū est de subsidio amictus.

Et istud debent studiose & cum tremore attendere diuites, qui habent copiam uictualium & uestium, & pecuniæ in arcis. Et tamen non distribuūt illa ꝑ sua facultate pauperibus extrema necessitate oppressis, qui fame & frigore confecti & seminudi iacent ad ianuas eorꝫ, & plerūqꝫ in plateis moriunt defectu uictus & amictus. Certe diuites illi in die iudicij accusabunt coram diuino tribunali, tanq̄ homicide illorum pauperū, & tūc nullum erit eis subterfugium. Dicit Chrisost. Homil. 78. super Math. Audite qui bona prodigaliter cōsumitis. Non accepisti ut deuorare habeas,

ſed ut ad elemoſynā utaris. An forſan tua te credis habere? Res pauperum tibi credita eſt, etiam ſi laboribus iuſtis, etiā ſi hæreditate paterna in te peruenerit. Num putas non potuiſſe deum abs te hanc pecuniam auferre? Sed ideo nō fecit. quia te dn̄m eſſe uult benignitatis erga pauperes, Audiant qui uentri ſeruiunt, qui pecuniā conſumunt ad cænas opiparas. pecuniā dico, quæ non noſtra eſt, ſed pauperꝝ, Qui excogitant potationes, conuiuia, Modo tu alios uocas, modo uocaris ab alijs. Ita nunc tu cōſumis nunc alios conſumere cogis, & duplicē tibi præparas cruciatū, unū ab his quæ tu, alterū ab his quæ alij hortatu tuo faciunt. Et paup fame morit̃.

Et ſolent p̃tendere excuſationem, dicuntq;, Dent diuites. Ille & ille habet talenta auri tot habet agros, tot cōdit palatia, multa poſſidet, nec aliquid dat pauperibus, quare igit̃ ego dare debeā?

Rn̄det his Chriſoſt. Homil, 65. ſuper Matth. Quid inquit nugaris? Cur nō reſpicis probe uiuentes? Laudabiles, qui exquiſitisſime præcepta ſeruant, ſed admiraris offendentes Deū, & inglorios?

a qui

a quibus multa Exempla nequitie colligis? Respice Abraham alios qꝫ qui florebant misericordiæ opibus. Quid ad te si alij non dant? Eris mirabilior, si paup existens fueris liberalior. Ne respicias ad illos, sed ad Christum. Noli alium iudicare, Maiora tormenta tibi imminent, si cum alios accuses, ipe non facias.

Nono, Mulier quæ causa est aborsus sibi ex nimia ingluuie, aut ex nimia strictitudine uestimentoꝝ ad lasciuiã ordinata, aut ex nimis forti & magna agitatiõe in Choreis, aut alijs uanis, aut quocũqꝫ alio indebito modo. Et si fœtus iã sit animatus, tunc pctm̃ est grauiꝰ, quia est uerũ Homicidium, Similiter qui dat mulieri uenenum sterilitatis, aut mulier quæ huiusmodi recipit propter hoc, ut non concipiat puer, aut quocumqꝫ alio modo illicito impediunt uoluntarie ne fœtus concipiat.

Decimo, qui sibi inijcit manus, id est qui seip̃m occidit, quia hoc p̃cepto, non solum ꝓhibet alterius hominis occisio, sed etiam suipsiꝰ, quoniam per Legem charitatis, debet unusquisqꝫ ꝓximum suum diligere, sicut seipsum. Et ergo sicut aliquis

aliquis per fraternæ charitatis obligati onem, non debet alteri mortem inferre ita neq; sibi ipsi. Quoniam suipsius occisio, non solũ diuinæ legi, sed etiam naturali summope repugnat, p quam unũ quodq; etiam animal brutum, studet se ipsum conseruare in esse & refugit suipsius lesionem. Idcirco qui seipsos p impacientiam, grauem tristitiam, & melancoliam, aut desperationẽ occidunt, perpetuam incurrunt damnationem, quia subtrahunt sibipsis spaciũ pœñiæ, & nõ relinquunt sibi temp9 quo de peccatis suis Deo satisfaciant. Quemadmodum 2. Reg. 17. Legimus Achitophel consiliarium Absalon seipsum laqueo suspendisse, qui fuit figura Iudæ traditoris, etiam laqueo a seipo strangulati, Samson licet se cum Philisteis obruerit, tamen a pctõ Homicidij excusatur quia ut ait August. 1. de Ciui. Dei. Hoc latenter spiritusſctũs iusserat, qui per ipsum miracula faciebat. Alias autem nulli licet seipsum occidere.

mach: xxvii · Iudi: xvi ·

Et non solum qui sic sibi manus injjcit q se cito perimit, sed etiã qui sic uiuit, aut agit q propriã uitã notabiliter ab-

breui-

breuiat & notabiliter ad mortem acce-
lerat. Vnde Hieronimus nõ refert utrũ
paruo tẽpore, aut magno te interimas.
Et hoc scd'm Bonauen. in 4. disti. 15.
contingit dupliciter. Primo cũ quis sibi
diminuit uitam, & accelerat mortem, &
facit hoc scienter, uoluntarie, & ex inten
tione. Et de illo loquit' Hierony. Et est
graue pc̃tm̃. Et inter multa potest dari
Exemplum. Inueniũt' aliqñ homines,
qui se sic sanctos reputant, q̄ estimãt se
securos de gloria cœli. Pro qua cito con
sequenda sic inquieti sunt & impacieñ,
q̄ per indiscreta ieiunia, uigilias & cæte
ra affligunt corp9 irrationabiliter, ut ab
breuient sibi uitam, & sic sint cito cum
Christo, qui in hoc male agunt, & non-
nunq̃ perdunt & uitam p̄sentem & futu
ram. Scd'o contingit hoc, cũ quis sibi ab
breuiat uitam, dando operam rei inuti-
li & illicite, ut solet fieri per nimiam cra
pulam & inordinatum cibum & potũ.
Et illud quoq; est peccatũ, & contra pre
sens præceptum.
Vndecimo Homicidiũ p̄petrat', mo-
do quodam spũali, per malæ uitæ Exẽ-
plum, quod aliis p̄stat' ad imitationem
&

Qui scandalũ prebet, homicida existit

& simile malum etiam ppetrandum in ductis. Nam qui sic scandalū aliis inferunt, animas eorū occidūt. Et longe grauius est illud malum, quando illi qui dant occasionem ruinæ aliis, debét eis ut subiectis pstare bonæ uitæ Exemplū, ut Prælati subditis, & pareñ suis filiis, & de talibus dicit Grego. q tot mortibus digni sunt, quot cæteros ad pditionis & prauitatis Exempla transmittunt, Matth. 18. Dñs dicit de scandalizante, q expedit ei ut suspendat mola asinaria ad collum eius & demergat in profundū Maris.

Detractor et difamator, homicidium cómittit,

Duodecimo fit Homicidium per detractionem & diffamationem alicuius absentis, Dicit em̄ Btūs Bernard9 q detractor uno ictu tres animas occidit, suā scz, & illius audientis qué sua detractione inficit, & illius de quo detrahit, quia illi forsan piuditium mortis uel damni irreparabilis, sua detractione para t.

Vitium hoc detractionis maxime solet uideri familiare fœminis. Nunc etiā ad uiros demigrauit. Irrepsit in aulas Principum, in Scolas eruditorū, in collegia Sacerdotum. Nec opinor ullum fuisse

fuisse seculū quo latius regnaret hæc lues, q̄ hodie regnat. Huiusmodi delicijs nunc condiūt sua conuiuia. Interdum a sacra lectione fit initiū conuiuiorum, mox ad detractorias fabulas ueniūt. Rursus gratiarūactio, deinde reddita ad intermissas obtrectationes, quū tamē dn̄s etiam ociosa uerba uetuerit. Arbitror a priscis in hoc adhibitam musicam in cōuiuijs ut sermones indignos cōuiuio discuterent. Fertur Augustinus scripsisse supra suam mensam hos uersiculos.

Quisqs amat dictis absentū rodere uitā
Hāc mensam indignā nouerit esse sibi.

Hieronimus par.3.Epl'aꝝ tract. 9.cap.20. dicit.

Putas te in eo sanctū si alios laceres? & accusas quod facis? Cuius queso humanitatis est, aut clementiæ insultare aliorum miserijs, & uulnera aliena cunctis monstrare? Sic ne te docuit ille Samarites qui oleū plagis infundit? Quid mihi prodest, si alijs mala mea referas? hoc non est me emendare, sed uitio tuo satisfacere, Si me uis corrigere delinquentem, increpa secrete, uel adhibito teste

Math: xviii uel testib9 ut dñs precepit. Si audire no luero, dic ecclesiæ. Quid q̃so uulneribus tuis prodest, si ego fuero uulneratus? Greg. uera iustitia cõpassionẽ habet, fal sa, dedignationẽ.

Audiant qui pro uoluptate ducunt etiã sacerdotibus detrahere. Detrahis gra dui per quẽ factus es Christianus? Chri

Math: xxvi stus peruersum honorauit pontificem,

Acto: xvi Paulus ueneraẽ iubentẽ percutere cõtra legẽ, & tu detrahis? Iubemur obedire

1 pe: 2 non tantũ bonis, sed etiã discolis, & tu illis detrahis? Scitote fratres, Siue quis signa faciat, siue uirginitatem seruet, si ue ieiunet, siue humi dormiat, siue an gelos uirtute preueniat, omniũ erit sce lestissimus, hunc habens defectũ. & ini quior latrone, fure, lenone hec Hieroni mus.

Severa sententia con Detractores

Solent se excusare, dicentes. Ipse nõ de traho, sed alijs loquentibus quid facere

ps, cxl possum? Respondet Psal. Ad excusan das excusatiões in peccatis ista pretendi mus. Christus nõ deludiẽ, oĩa uidet, Si detractor tristem uideret faciem au dientis aut obturantis aures, ilico con ticesceret.

Alij

Aliꝫ ꝟo detractores excusantes se dicunt. Bono zelo loquor. Respondet. Hec est cōmunis excusatio detrahētiū. Pro clari ori intellectu huiꝰ precepti, & eoꝝ quæ dicta sunt. Notandū ꝙ duplex est occisio hominis, quedā iusta, quedā iniusta. Ad iustam occisioné requirunt tria. Primum est iusta causa, ut scilicet quis occidatur pro culpa, per quam talé mortem & occisioné meruit. Talis em̄ occidi potest ex dei mandato. Vt habet Exo. 22. & in multis aliꝫ passibus scripturæ. Secundū requisitū est iustus ordo. Ita ꝙ seruent in hoc ea quæ ad iuris ordinem pertinent. Et maxime ꝙ huiusmodi occisio iubendo uel exequendo fiat ab eo qui habet authoritaté legitime potestatis, ut qui est in hoc supior & iudex istius occidendi, aut minister eiusdem iudicis. Quod em̄ hoc requirat ad iustam occisioné. Patet in multis scripturæ passibus. Vnde Num. 27. dicit. Homicida sub testibus puniet, ergo iudicialiter. Item Deute. 21. de filio contumace qui non audit monita patris dicit. Ducent eum ad seniores ciuitatis, & ad portam iudiciꝫ. Ecce quomodo non licet pa

Duplicem occisione hominis explanat

Nota

rentibus occidere filiũ authoritate pro-
pria, sed tantum iudicialiter.
Tertiũ requisitũ, est iustus animus, ita ꝙ
etiã iudex mandãs, & minister exequẽs
occidat propter bonũ finem, & recta in-
tentione, ut scilicet propter conseruati-
onem iustitiæ, & correctionẽ culpæ, Istis
eñ conditionibus obseruatis, princeps
aut eius minister habens publicæ pote-
statis authoritatẽ, licite potest sibi subie-
ctos punire, per illationẽ mortis, nec fa-
cit contra presens preceptũ. Exo. 22. Ma-
leficos ne paciaris uiuere, & Aug. lib. 1.
de li. ar. Si homicidiũ est hominẽ occi-
dere, potest aliquãdo sine peccato fieri,
Nam miles hostem, & iudex ac minister
eius nocentem non mihi uident̃ pecca-
re cum hominem occidunt.

Alia est occisio hominis iniusta & cõ-
tra ordinem iuris. Et fit q̃ttuor modis.
Primo quãdo occidit̃ innocens qui nul-
lam pœnam meruit. Scd'o quãdo occi-
dit̃ nocens, & qui meruit puniri, sed nõ
meruit mortem, sed aliquam minorem
pœnã, Est eñ illa occisio iniusta ex hoc
ꝙ tali infert̃ maior pœna, q̃ eius meruit
culpa. Tertio qñ occidit̃ ille qui mortẽ
meruit,

meruit, sed occidit non seruato ordine legitimo iuris, Et potissimũ quãdo occidit ab eo qui non habet ad hoc authoritatem legitime potestatis. Quarto qñ quis occidit pro culpa sua, & ab habente authoritatem ad hoc, sed occidit ab eo non iusto animo, ut quia non amore iustitiæ, sed liuore uindictæ, aut ꝑpter aliquẽ alium indebitum finem. Et omnis huiusmodi iniusta occisio hominis facta uoluntarie ꝓhibetur hoc Quinto præcepto.

Vlterius notandũ, ꝙ ut dicit S.Tho. scd'a.ij.q.122. Licet in hoc mandato exprimat solum Homicidiũ, cũ dicit, Nõ occides. Tamẽ in illo Homicidio tanq̃ in principaliori & maximo corpis nocumento intelligũt omnia nocumenta corporis, & omnis naturalium lesio, ut sunt, mutilatio, uulneratio, incarceratio uerberatio & cætera huiusmodi. Et quælibet istarũ lesio fit iniusta istis modis, quibus occisio fit iniusta, De quib9 nũc dictum est, Et sicut per hoc præceptum ꝓhibet omnis iniusta occisio hominis, siue fiat uoluntate, facto uel uerbo, siue iubendo. Sic per idem præceptum ꝓhi-

betur omnis iniusta mutilatio homi-
nis in aliquo membro, aut uulneratio, uel uerberatio. Et sicut uarijs modis fit Homicidiũ, Ita uarijs modis potest fieri iniusta lesio, eodem modo applicando quo dictum est de Homicidio.

Scd'o dicamus, Quõ contingat hoc præceptum solui & uiolari.

Primo peccant contra hoc præceptũ Homicidæ, quocũq; modo occidant hominem iniuste.

Ab hoc peccato retrahere debet quẽlibet huius peccati grauitas & magnitudo, Est eñ non solum contra hoc præceptum. Non occides, sed etiam contra charitatem fraternam, Proximo enim debemus & bonũ uelle, & pro posse facere. Tenemur eñ eũ diligere sicut nosipsos, Et est contra iustitiam, eo q̃ proximo sic iniuste sua naturalia auferimus, & eum in ipsis grauiter damnamus. Et ualde aggrauat hoc pctm̃, magnitudo damni, cum scz auferẽ homini uita corporalis, quã inter omnia huius uitæ bona maxime diligimus, & per cuius ablationem omnia presentia auferunẽ, ut sanitas, diuitiæ, potentia, honor, amici, filij etc.

math: xxii.

Scd'o

Secũdo retrahere debet homines ab hoc pctõ, ipsius inhumanitas. Inhumanum enim est, sine causa aut ex leui, ut forte ex uerbi iniuria, aut alio simili, moueri ad tantũ malũ inferendũ proximo Quéadmodũ faciunt quidam homines qui in mortalibus, & alijs hominũ corporalibus lesionibus delectant, uelut fære siluestres quæ humanum sitiunt sanguinem.

Tertio deberent homines animo uoluere ꝙ homo creatus sit ad imaginem & similitudinem Dei & ex hoc retrahĩ ab illo peccato, quũ sancta Trinitas sic honorauerit hominem ꝙ ipsum ad sui imaginem creauit. Gen. 1. c.

Quarto deberent homines aduertere quam chare Christus dñs hominé redemit a dyabolica potestate, quia pro eo pciosum sanguiné suũ fudit, & seipm in passioné & mortem tradidit. 1, Cho, 6. Empti estis precio magno. Hoc aduertere deberent & homines. Non tanti paruipendere, ut eos occidant aut ledant. Et forte in peccatis eorũ. & sic eis auferrét nõ modo uitã præsentem téporalé, sed etiã æternam, & fierent causam dã

 natio

nationis his, pro quorũm salute salua-
tor noster mortuus est.

Sed & summa diligentia cauendum
est iudicibus & secularibus potestatibꝰ,
ne malefactoribus occidendis negét ne-
cessariũ tépus pœnitendi per contritio-
nem & confessioné, ne forte per eorum
subitam occisioné precipitent in æter-
nam damnationé. Oĩes eĩ homines
huius uitæ tenemur diligere ad bonũ
fœlicitatis æternæ. Hec Aug. in Epistola
ad Macedonium.

malefactoribꝰ no est deneganda penitẽtia nec confessio,

Quinto debet homines ab hoc pecca
to retrahere timor pœnæ æternæ a deo
specialiter infligendæ. Quod dñs signi-
ficauit quũ ad Cayn primũ homicidã
dixit. Vox sanguinis fratris tui clamat
ad me de terra, scilicet uindictam postu
lando. Quod dñs nõ dixisset, nisi speci-
aliter hoc peccatũ homicidij punire uo
luisset. etiã in æterna damnatione.
Cuius æternæ pœnæ ꝑ huiusmodi pec-
cato homicidij infligendæ, magnitudi-
nem, significat etiam magnitudo tẽpo
ralis pœnæ, quã ipsi Cayn dñs etiã hic
inferebat. Subdit eĩ, maledictus eris su
per terram, quũ operatus fueris eam nõ

Gen, 4.

dabit

dabit tibi fructũ suum. Et post addit. Vagus & profugus eris super terrã omnibus diebus uitæ tuæ.

Sexto ab hoc peccato deberet homines retrahere difficultas satisfaciendi ꝓximo pro tali damno. De quo hãc fert sententiã Scotus & alij. Qđ si quis occidit aliquem iniuste, si sibi pro illo a iudice secundũ legem isti⁹ loci infligitur mors, ut sic uitam reddat pro uita, debet illã pacienter ferre, & sic soluere poenam illam. Si autẽ mors sibi a nullo infligitur iudice, tunc expedit sibi, ut uitã suã exponat in causa iusta, ut contra infideles & inimicos ecclesiæ, pro restitutione facienda illi cui uitam abstulit. Quod si non uelit tantam restitutionẽ facere, nõ potest tamen a restitutiõe facienda om̃ino immunis esse. Sicut quidam fatui (dicit Scotus) absoluunt homicidas, nec eis restitutiõe necessario incũbentem iniũgentes, quasi facili⁹ possit transire homicida, q̃ bouicidia, quia si quis occideret bouẽ proximi sui, non absolueretur sine restitutione. Tenet᷑ ergo ille ad restitutionẽ faciendã equiualentẽ uitæ quam abstulit, & hoc eo mo-

do quo potest equiualētia in talib9 esse, ut pecunia, oratiōe, elemosinis etc. sicut etiam parentib9 non potest reddi equiualens, sed reddat̃ quod possibile est. Ita hic. Nec hoc solū tenet̃, sed si interfectus sustentabat aliquos, ut patrem, matrem, uel propinquos, tenet̃ interfector omibus illis ad tantā restitutionē quantam eis abstulit per interfectionē istius.

De mutilatione uero aut alia lesiōe corporali debet fieri restitutio per pecuniā dicit Scotus. Et illa debet respōdere nō solum damno quod quis incurrit p mutilationē pro toto tēpore uitæ suæ, quo usurus fuisset mēbro absciso, sed debet etiam respondere expensis appositis in curatione. Et ultra hoc, placationi lesi, quæ requireret̃ etiā si non esset talis mutilatio, & cōsolationi sic afflicti, quia perpetua est sibi desolatio de tali mutilatione. plus etiam ponderanda est mutilatio pauperis q̃ diuitis, quia pauper plus indigebat membro absciso ad uictū necessarium conquerendum.

De talibus restitutionibus dicit Tho. ij.ij.q.62.ꝗ in quo potest recompensari

m equiualens, sufficit q̄ recompensetur quod est possibile, Abstulit quis alicui membrū, recompéset in pecunia, uel in aliquo honore etc, considerata conditione utriusq; personæ, & secundum arbitrium boni uiri.

Hic deploranda est pessima & admodum periculosa quædam consuetudo, immo abusus & temeritas, quæ in nonnullis territorijs uiget, & apd' nos quoq; ut aliquo uulnerato, aut interfecto consanguinei eius se congregent, & propria authoritate pergant ad ulciscendam illatam iniuriam, ira aut odio commoti, quod totum est mortale, & sibi inuicem cōmunicant in peccatis. Interdū quoq; occidunt innocentes, quibus iniuria illa multū displicuit. Immo nonnūq̄ & ipsi qui ad alios occidendos aut uulnerandos ꝓficiscūt', subito in suis sceleribꝰ occidunt'. Ideo Dn̄s terræ deberet huiusmodi consuetudinem prorsꝰ eradicare, alioquin timendum q̄ hæc facinora in ipsum redundent, Nam impietati cui non resistitur, consentitur.

Scd'o, transgrediunt' hoc Dei præceptum, qui atrociter alios mutilāt aut uer

berant, aut uulnerant, aut alia molestia corporali afficiũt. Quod si ex tali mutilatione aut lesione sequit̃ ꝑpetua impotentia alicuius membroꝝ ipsius, ut brachioꝝ, manuũ, tibiarum, aut pedũ, sic ꝙ ille exinde reddit̃ impotens ad lucrandum suum uictum, ille lædens obligat̃ ad reddendum illi omnia damna, quæ sequũtur ex tali impotentia, & paupertatem ipsius lesi subleuare sustentando eum & uictum subministrando. Quod si persona quæ lædit̃ sic atrociter & uulneratur aut mutilatur, sit Ecclesiastica, ut Clericus aut Sacerdos, tanto grauius est illud pctm̃, quia sic lædens, incurrit sententiam excõmunicatiõis, per ca. Si quis suadente Diabolo. 17. q. 4. Quod si lædens ipsæ sit Clericus aut sacerdos tanto etiam ipse grauius peccat, cũ btũs Paulus ad Thimo. describens q̃lis debeat esse Episcop9 & Diaconus dicit ca. 3. eũ esse non debere percussorem.

De alijs Homicidijs iam satis dictum est.

Tertio peccant contra hoc præceptũ qui cor suũ habent exulceratum odio fraterno, quod᷑ gerunt in animo impla

cabil

eabiliter,& cũ desiderio uindictæ, quoniam uolunt ulcisci iniuriam, sibi ut existimant indigne illatam. Illo autem appetitu uindictæ nihil est pniciosi9 saluti animæ, cũ dicatur Ecclesiastici.28. Qui uindicari uult a Dño inueniet uindictam, & pctã illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur etc. Ex quibus uerbis manifeste ostenditur quam periculosa sit humanæ saluti reseruatio iræ in animo diuturna contra proximum cum appetitu uindictæ, quoniam huiusmodi odium & appetitus uindictæ nũq̃ cessare solet, nec saciari, nisi se uindicet. Et ita ista exulceratio animi, est dispositio multũ propinqua ad perpetrandum Homicidium.

Pro his amplius intel-tellígendis nota.

Quod inter omnia opera misericordiæ precipuum est, remittere iniurias, Non ulcisci, non seruare inimicicias, nõ exercere crudelitatem. Rationem huius ponit Aug. in Enchiridion ca.69. Quia non est magnum facere misericordiam

uel

uel ostendere beneficiũ illi, qui tibi nihil mali fecit. Sed certe maximum signum bonitatis est, si tuum quoq; inimicum diligas, eiq; remittas iniuriam quã tibi intulit, & miserearis debitoris.

Vult Dñs omnino nos esse pacificos in domo sua. i. in hoc mundo. Et q̃les nos fecit scd'a natiuitate, scz. in Baptis-mo, tales uult renatos pseuerare, ut qui cœpimus esse filij Dei, in Dei pace ma-neamus. In hoc differimus ab Ethnicis, sicut Dñs dicit, Ioan. 15. In hoc cogno-scent omnes quod mei discipuli estis, si habueritis dilectionem adinuicem.

Et ecõtra, nihil ita deus odit sicut ho minẽ ultionis auidũ, & seruantẽ in cor-de inimicitias, uel crudelitatẽ exercen-tem. Adeo odit, q̃ a tali nec sacrificium uult suscipere. Vnde Matth. 6. dicit. Si offers munus tuum ad altare, & ibi re-cordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi mun9 tuum, & uade prius reconciliari fratri tuo etc.

Contra hec solent uarij uarijs modis se excusare.

Dicunt quidam. Ego sperno eũ qui me spernit

spernit, amo me amantem. Respondet Chrysost. sermo. 14. Demonũ hec sunt uerba, digna publicano uel gentili. Tu uero Christiane ad ampliore rem uocatus es, & cœlo conscriptus, ergo obnoxius es maioribus legibus. Etiam homines abhorrentes ab amicicia tua. reducere debes in gratiam tuã plurima beniuolentia, & compellere ad te amandũ. Et hoc propter duas rationes. Prima quia sunt membra unius corporis, mẽbrũ autem si fuerit reuulsum a reliquo corpore, enixe omĩa facim9, & curamus omĩbus uirib9, ut illud reuocemus ad priorem copulam. Ita & hic faciendũ est. Secũda ratio, ob maius premiũ, maioris est eñ premij cũ aliquem nec uolentem inducimus ad nos amandum. Nam & ob eam causam deus iubet inuitare ad prandiũ eos qui nõ possunt reddere, sed deum reddes tibi obligatũ.

Debem ama re et inimicos

Luce, xiiii.

Alij dicunt, non possum amare eum cui ego sum exosus. Respondet idem ista respõsio est Ethnicorũ. Potes enim, quia Christus dicit ꝙ potes, alioquin nõ precepisset diligere inimicos, si non posses. Item Ioseph dilexit fratres suos, qui-

Luce. vi.

quibus tamẽ ipse erat exosus Gen. 41.
Item Moyses dilexit Iudeos quibus erat exosus. Vñ Exo. 32. dixit Dñs ad Moysen. Dimitte me ut irascat̃ furor meus, & cõteram illos. Respõdit Moyses. Si dimittis dimitte. Sin autẽ & me perde. Vide quantũ eos dilexit? Et Paulus cupit esse anathema pro persecutorib9 suis, immo & gentiles hoc poterant. Philippus rex Macedonũ, solebat mittere munera sibi detrahentibus, & per hoc illos sibi conciliabat.

ad Ro: 9.

Refert Seneca de Augusto Cæsare, q̃ quũ quidam ei dixisset, Tyranne, Augustus nihil aliud respondit, nisi hoc, si essem, scilicet Tyrannus, non hec diceres, id est, non auderes me uocare tyrannũ. Idem quoq; exemplo probat̃ alio. Non uidisti eos, qui a turpi fœmina, ab adultera, afficiunt̃ innumeris cõtumelijs, ceduntur, cõspuunt̃. Quid ergo? Num amor soluitur? Nequaq̃, immo magis incendit̃. Si amor dyabolicus habet tantã uim, quomodo nos nõ pudet dicere q̃ non possimus amare nostros persecutores?

iniurie sustinende sunt,

Alij dicunt, Sed nescis quantam ego ab

eo passus sum iniuriam, quomodo ergo cogis me ut illi ignoscam? Respondet Chrisost. Homil. 68. ad populum. Non tu pateris iniuriam, sed is q̃ fecit. Probaẽ, Dicit em̃ scriptura Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morieẽ. Peccauit autem non qui male passus est, sed qui male fecit iniuriã. Ille mortuus est. Non ergo mortuũ oportet ulcisci, sed orare pro eo, ut eruaẽ a morte, Nonne uidetis apem, qũo immoriẽ aculeo? Per illud animal nos docet Deus, ne proximos afficiamus tristitia. Ipsi enim prius mortem excipimus.

Alij dicunt. Sed apud alios me calumniatus est. Respondet idem, Et quid est hoc? Quum Deus qui omnia scit, pœnas sit exacturus, non autem illi qui audierunt. Te apud homines accusauit, ipse uero apud Deum accusatus est. Cogita q̃ & Christus accusatus est. Ignosce ergo Exemplo Christi. math: 21.

Theodosius Christianissimus Imperator interrogatus, qũo sic iniurias sustineret,

neret, & ledentes se non occideret? Re-
spondit, Si possemus mortuos suscitare
non esset magnũ uiuos occidere. Idem
quoq;, cognoscens se ꝓmptum ad iram,
ministris suis p̄cepit, ut nihil executioni
mandarent, nisi quod sero p̄ceperat, ma
ne cõfirmaret. Et quod mane p̄ceperat
sero confirmaret.

Dicunt si oportet me omnia remitte
re aduersario meo. Nec repetere quod
abstulit rei uel honoris, ergo frustra iu-
ditia Forensia sunt posita, R̃ndet, Non
frustra Nam Apstol9 ad Roma. 13. De
his qui p̄sunt dicit, Dei minister est. Nõ
sine causa gladium portat potes iure re
petere ablata. Vindicta etiam tempora
lis potest peti a iure ad correctionẽ ini-
mici, scz ut emendet & nõ pereat in sce-
lere, uel etiam ut Respub. conseruetur,
& ut eius Exemplo aliȷ a malo terreant
Hoc autem non est malum cupere iniu
rianti sed est beneficiũ. Sicut Helias mor
te multos affecit. 3. Reg. 18. Sic & Petrus
Act. 5. Curauit ut suis uerbis, Ananias &
uxor ei9 mortui sunt, ut aliȷs metus uti-
lis incuteret. Dum modo non fiat ani-
mo uindictæ & odiȷ, uitandum est ergo
odium. Quarto

Quarto peccant contra hoc Quintũ pceptũ,qui iubent seruis suis & subditis ꝙ inferant nocumentum aliquod in aliquam psonam,quam odio psequuntur maxime nocumentũ psonale,ponendo insidias uitæ alterius. Quoniam quicqd illi iubent mali fieri suo proximo,etiã sunt illius mali authores pcipui,& totũ redundat in eorum caput.

Nec minus illi sunt transgressores huius mandati Dei,qui nulla subsistente legitima causa,ex odio,aut causa uindictæ in animo conceptæ,suscitant aduersus proximos suos pcessus iuditiales & actiones Forenses,ad inquietandũ suos fratres. Propter quas inquietationes,nõ solum in rebus,sed etiam in corpore lædunt alios,quoniam ppter illa grauamina incurrunt interdum,qui ita uexantur morbũ ex dolore animi,& deniq; mortem.

Studeamus ergo omnes sic ab omni occisione,ira,odio abstinere,ut tandem æternæ mortis euadamus aculeũ,& ad uitam perueniamus æternam.

Tantum de Quinto Præcepto.

Sextũ preceptũ est. Non moechaberis.

Hoc præcepto prohibetur omne genus libidinis, & immundiciæ, ex cõcupiscẽtia carnis exoriẽtis. Moechari quidem scd'm propriam suã significationẽ designat adulterari. siue adulterium cõmittere, Sed scd'm unam sacræ scripturæ regulam, loquendiq; cõsuetudinem admodũ frequentẽ, qua a parte totum intelligit᷑. Per hoc preceptũ non solum prohibet᷑ adulteriũ, sed & oĩs alia cõmixtio & carnale consortium extra statum matrimonij, intelligi debet etiam esse prohibitũ, ut oẽs doctores catholici concorditer testant᷑ & confirmat idẽ glossa interliniaris Exo. 20. Nam est regula, ꝙ per quodlibet mandatũ decalogi, totũ genus unius peccati uel maleficij, & oẽs modi eius & species eius intelligũtur prohibiti per unam speciem illius generis quæ ibi prohibet᷑. Sicut ꝓhibitio idolatriæ. quæ fit per primũ preceptum, illa extendit se ad diuinationes & auguria, & huiusmodi superstitiones. Sic etiã prohibitio homicidij per precedens

dens mandatū, extendit se ad omia alia damna, quæ inferunt homini in corpore. Vt sunt, mutilatio, uulneratio, uerberatio, quæ tamē sunt minora peccata q̄ occisio ut dictū est. Ita & hic per mœchiam intelligit omis illicitus cōcubit⁹ & omis illicitus & innaturalis usus uel appetitus, qui fit ad procurationē libidinis, & causa experiendæ ueneree delectationis.

Nec solū ipse actus libidinosus hic uetitus est, sed etiam omia exteriora, quæ ꝓuocant ad libidinē, ut inpudicus aspectus, & coniectio oculorū, fixa in aliquā personā cōcupiscentia.

Dicit em̄ dn̄s Matth. 5. Qui uiderit mulierē ad concupiscendū eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et August. dicit. Impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Similiter oscula, amplexus impudici, & attactus, quoniam solent ad libidinē prouocare naturam nostrā, ad malum satis procliuem, etiā prohibēt per hoc preceptum. Nam dicit beatus Ambro. ꝙ osculum mulieris, quoddam pignus est Veneris. Nec minus etiā uerba lasciua, & impudica sunt

hic prohibita, quoniã plerũq; inficiunt audientes & incitant ad turpia. Iuxta illud. 1. Chor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Deniq; crapula & comessatio, ebrietas & omnis ingluuies atq; gulæ species ac modus etiã per hoc preceptum prohibetur, quoniã proximã prestat uiã & lapsum ad libidinis inquinaméta, & cõcitãt luxuriæ flãmas. Vnde Apostolus ad Ephe. 5. dicit. Nolite inebriari uino in quo est luxuria.

Neq; sine causa prohibet̃ per hoc preceptum omĩs species & modꝰ libidinis, quoniam per illam corpus nostrum, qđ esse debet templũ Dei & spiritussancti habitaculũ, omĩno polluit̃, auferturq; a deo, & prostituitur de moribus fitq; eorum habitatio. Quéadmodũ scribit beatus Paulus. 1. Chor. 3. Nescitis quia téplum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis.

Diuisio huius precepti sexti, scilicet non mechaberis

De hoc precepto dicemus tria, primo de diuersis luxuriæ speciebus, per hoc preceptum prohibitis. Secũdo dicemꝰ adhortationé pro uitanda luxuria. Tertio de remedijs ad euadendum tam pestiferum luxuriæ malum. De

De primo, id agnoscendum q multæ sunt species incōcessæ libidinis, quarum singulæ per hoc preceptum sunt ꝓhibitæ. Expedit auté eas cognoscere, ut in cōfessione sacramétali sciant qui opus habét eas distinguere & internoscere, & de illis se debite accusare, quoniã alie sunt alijs grauiores.

Prima species luxuriæ est. fornicatio simplex quæ est concubitus soluti cũ soluta prius corrupta. Quod dico propter stuprũ, quod nõ est simplex fornicatio. Intelliguntᷣ auté solutus & soluta a uinculo matrimonij, cõsanguinitatis, ordinis, religionis, & uoti continentiæ. Et hec simplex fornicatio semper est peccatũ mortale. Quod ex sacræ scripturæ testimonio uel apertissimæ constat. Siquidem propter hoc peccatũ (ut ait Gerson in opere tripartito) Gene. 7. Deus aquis diluuij sub Noe perdidit totũ mundũ, exceptis his qui in Arca saluati sunt, quoniam, ut dicitur Gene. 6. Om̃is caro corruperat uiam suã, Et ꝓpter fornicationé populi Israel cum filiabus Moab in deserto, uiginti quatuor milia. (Num. 25.) hominũ interfecta

sunt. Plaga diuinitus immensa. Illa autē grauitas punitionis, ostendit plane grauitatem criminis, quoniam non solet Deus ꝑpter leue crimen & ueniale tam grauem plagam immittere.

Præterea, Fornicatio simplex excludit hominem a regno cœloꝝ, ut testatꝰ Apostolꝰ. 1. Corint. 6. dicens, Neq; Fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculoꝝ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebunt. Idem quoq; in Epl'a ad Gala. 5. inter opera carnis enumerat primo loco fornicationem, Et subiungit, ꝙ qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, & ad Ephe. 5. idem confirmat, Dicens, Hoc em̄ scitote intelligentes, ꝙ om̄is Fornicator, aut immundus aut auarus, quod est idoloꝝ seruitꝰ, nō habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Idem ad Hebre. ultimo, Et Apo. 21. diciꝰ ꝙ fornicatoribus & alijs maleficis pars erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors scd'a. At propter leue & ueniale pc̄tm̄, non detrudiꝰ homo in damnationem æternam.

O in=

O inaduertens excecatio fornicario-rũ,qui tantas sacræ scripturæ cõmina-tiones nec considerant,nec scire uolunt Et inuenias tales uanos & stultos forni-carios qui curiosas quærelas faciunt,& potissimum tres. Prima quærela est,q̃re inquiunt Deus nobis luxuriam,& p̄ci-pue simplicẽ fornicationem ꝓhibuit? Scd'a,Dicunt,non esse in potestate eoꝝ caste uiuere. Tertia,Dicunt quidem se uelle caste uiuere,sed non tam cito,sed nisi prius iuuentus elabat'.

Responsio ad primã quærelam. Qua re Deus fornicationem ꝓhibuit? Dico q̄ Deus potest facere de creatura sua qc-quid uult,& eam scd'm beneplacitũ suũ, obligare,Et stat pro ratione uoluntas, ut dicat,Sic mihi placet. Tanq̃ si Miles quispiam interrogaret,quare ei non de-tur honor sine certamine? Præterea. Si fornicatio admitteret',matrimoniũ pe-riret & uilesceret. Insup per hoc mulie-res impregnatæ malum tempus habe-rent, Non eñ ꝓprium haberent uirum qui eas adiuuaret.Cæterum nostis opus carnale uiri & Mulieris fuisse ordinatũ ad procreandam sobolem,& ad haben-

das succesſiones, Finis autẽ ille magno-
pere impediret. Mulieres enim infructi-
fere fierent. Mulieres etiam cum ſe pau-
peres ſentirent, & ſine auxilio, aut con-
ſolatione, necarent pueros ſub natiuita
tis tempore, uel ante, uide q̃nta mala ſe
querent ſi fornicationem Deus permi-
ſiſſet?

Preterea, te interrogo, ſi tibi eſſent iu-
uenes, filiæ, ſorores, uel cognatæ. non-
dum matrimonio iũctæ. Velles ne eas
eſſe oĩbus uiris cõmunes? Non opi-
nor. Cur igitur uelles alios ſic facere?
Vult deus ut filijs ſuæ omnẽ munditiæ
honeſtatẽ ſeruent. Stulta igitur inter-
rogatio eſt, dum queris, quare deus for-
nicationẽ uetuerit, Quemadmodũ ſtul-
ta eſſet interrogatio, ſi quis diceret prin
cipi, quare non paciatur filiam ſuam
cuiq; uiro proſtitui?

Reſponſio ad ſecũdã quærelã, qua non-
nulli dicũt. Non poſſum caſte uiuere.
Te rogo qui ſic dicis,. Quid intelligis
quũ dicis. Nõ poſſum caſte uiuere?. Vis
ne dicere deũ præcepiſſe tibi aliquid qđ
adimplere non poſſis? Hoc dicere, er-
ror eſt in fide & bonis moribus. Er Hie-
rony.

ronimus dicit, q̄ dicere deum aliquid impossibile præcepisse, anathema sit, Nullus em̄ peccat in hoc qđ in sua potestate non est.

Preterea, falsitas tui dicti apparet ex uita multorum sanctorū & sanctarum. Quot em̄ erant uirgines, quæ ad finem usq; illibatā cōseruauerunt castitatem? Immo etiā apud Ethnicos tales multe reperiebantur, ut patet in uirginib⁹ uestalibus.

Si uero dicas te non posse, id est, non uelle castitatē seruare, nulla excusatio est. Si autē intelligas, esse difficile, & pœnale in castitate uiuere? Admitto. Est em̄ grauis pœna & immodica tentatio, sed paciendū atq; tolerandū est, ut melius acquirat̄ scilicet regnum cœlorum, ipsi deo obediendo. Considera quanta paciantur famuli dn̄orum quos dolores, quas fatigationes, ut parū pecuniæ lucrent̄? Milites, aut negociatores quanta tollerant pro cōmodo tēporali? Tu uero ꝓpter Deum supremū dominū tuum, & pro premio perpetuo nihil sustinere uelles?

Hoc quoq; certo scias, q̄ si tibi ipsi uelis

esse auxilio, deus tibi prestabit auxiliũ, & erit tibi leue & iucundũ quod modo uidetur graue. Dicit enĩ. Iugum meum suaue est, & onus meum leue.

math: xi.

Si per unũ mensem te caste seruares ob aliquod premiũ, uel ob timoré amissionis alicuius. Puta manus uel oculi, uel propter aliquã uerecundiam, potes illud idem facere propter amorem dei. & considerando eius presentiã in omni loco.

Tertia querela quo est cõmunior, eo plures ducit in perditioné, dicunt caste uiuam sed nõ modo. Pœnitentiam agam sed postea, Ages ne pœnitentiam cũ uolueris? uelis ergo modo, & potius cito q̃ tarde, quia sepenumero, qui non uult cũ potest, nõ potest cũ uult.
Dicis, uolo iuuentuté trãsigere, O summe Iudex mundi, quot uidemus qui sic proponũt in iuuentute, qui nihilo in senectute meliores fiũt, & semp de peiori in peius labunt͛. Qui non est hodie cras minus aptus erit. Et quid scis an hodiernus dies non est tibi ultimus? Sed de his paulo infra.

Secunda luxurie species est adulteriũ quod

quod est uiolatio Thori coniugalis,qñ uel solutus ad coniugatam,uel coniugatus ad solutam,uel coniugat9 ad coniugatam accedit. Et tunc non solum promissio fidei facta Deo in fatie Ecclesiæ de fidelitate thori connubialis soluitur sed grauissima infert̃ iniuria alteri parti coniugum, cui etiam data fides uiolatur.

Quam graue autẽ sit adulterij pc̃tm̃, patet primo. Quia ex omni genere causarum ostenditur grauitas & detestatio huius peccati. Primo ex causa efficienti Nam saltem alter eoꝵ habet in se Sacramentũ matrimonij quod est maximũ significatione, Significat em̃ coniunctionem deitatis cũ humanitate & Christi cũ Ecclesia. Nũq̃ autem Deus separatus est ab humanitate postq̃ assumpsit eam,nec Christus ab Ecclesia,nec Ecclesia a Christo. Contra illud tam magnũ Sacramentum,agit Adulter separans se a coniuge & alteri adherens, Dignitas autem scd̃m Tho. in prima scd̃æ aggrauat pc̃tm̃, Nam q̃nto in maiori est quis dignitate, tanto grauius peccat cæteris paribus.

Scd̃o

Scdo ostendit grauitas huius peccati ex causa materiali, ipsi9 scz actus, qui exercetur per duos, Et sic ubi Diabolus in alijs peccatis unum interficit, per istud, duos simul. Immo interdum plures. Nam interponunt mediatores. Et tantũ quandoq̃ crescit insania amoris, uel pocius libidinis, q̃ ꝓcuratur mors coniugis per Adulterum uel Adulterã, uel promittit eam se acceptuꝝ in uxorem, mortuo coniuge. Quod si fecerit id est, si duxerit eam in uxorem, continue manent in peccato mortali, quia matrimonium nullum est, propter impedimentum criminis, & sic multiplicant pctã. Extra de eo, qui duxit in ma. quã pol. p adul. sup eo. &. c. Significasti.

Tertio ostendit grauitas adulterij ex causa formali. Hæc est in quolibet pctõ mortali, aduersio ab incõmutabili bono, Sed per nullum pctm̃ ratio ita absorbetur ab omni cõsideratione Dei, ita ut efficiat homo totus caro, sicut ibi, Hieronymus dicit q̃ etiam in actu coniugali p̃sentia spiritussancti, non habetur a ueris Prophetis scz quo ad actum prophetandi, multo magis in actu adulte-

rij,

rij, totaliter mens auertit a Deo ꝑpter inordinatum amorem unde ꝓcedit Adulterium. Vnde dicit Prouerb.6. Qui adulter est ꝑpter cordis inopiam, scz amisso uigore rationis perdit animam suam.

Quarto ex causa finali, finis hui9 mali est, consecutio uoluptatis. Sed quãto quis potest facilius remedium inuenire peccato, & non facit, tanto graui9 peccat, quia maiori inordinatione uoluntatis. Sed huic malo facile potest remedium pstare, Nam si habet uxorem, potest sibi satisfacere, Si non habet, potest habere, ergo inde grauitas huius peccati apparet. Si autẽ uxorem non uult habere, maneat in cœlibatu.

Quinto hoc peccatũ aggrauat ex causa circũstantiæ. Nam quanto plura scandala & mala inde sequunt, tanto grauius est peccatũ. Sed quis mala quæ ex adulterio sequunt posset enumerare? Quot homicidia & quanta inde sequunt, nõ mõ in corpore, sed & in anima? Quot hæreditates depredant per filios habitos occulte ex adulterio, quibus ut legitimis relinquitur hæreditas? Quot regna

gna exterminata sunt? Nonne Troia illa tam famata ciuitas propter adulterium perpetratũ a Paride cũ Helena fundirus perijt? Et ipse Dauid propter commissum adulteriũ. 2. Reg. 11. grauissime punitus legitur in suis liberis & uxoribus. Nam Amnon filius eius, permittente deo, uiolauit Thamar sororẽ suã. 2. Regũ. 13. & propter hoc occisus est in cõuiuio dolose ab Absolon fratre suo. Ipse uero Absolon. 2. Reg. 16. concubinas id est uxores minus principales patris sui uiolauit, & molitus est patrẽ suũ regno deijcere, & occidere. Et ipse. 2. Reg. 8. Tandẽ uiolẽta & miserabili morte interijt. Ecce mala ex adulterio Dauid.

Et quãq̃ adulterium sit adeo graue, tamen uerificatur nũc illud Ozee. 4. Nõ est ueritas in terra. Nõ est misericordia, sed maledictũ, mendatiũ, furtũ, adulterium inundauerũt, id est creuerunt. Immo adulteri honorant. Fur oculos nõ audet attollere ꝑ rubore, adulteri autẽ in primis locis locant, nec erubescũt.

Sed p̃ter prædicta, grauitas hui9 abominandi peccati. Scd'o ostendit ex omni

ni Lege arguente ipsum, Nam Dñs ar- guit de Adulterio.

Primo per legem intrinsecam & naturalem. Lex naturalis menti intrinseca est illa, quæ dicit. Quod tibi non uis fieri, uide ne alteri facias, Sed quis est ille, qui uelit uxorem suam adulterare? Certe nullus nisi stultus & pessimus, Ita & de muliere. Ergo & tu hoc serua.

Scdo arguit de adulterio Deus p Legem Mosaicam & Prophetalem, Exod. 20. Non Mechaberis, Et Leui. 20. Morietur Mechus & adultera qui adulterati fuerint. Et per Malach. dicit Dñs cap. 3. Ero testis uelox maleficis, adulteris, & piuris, scz ad accusandum ut puniãtur.

Quod auté aliqui ex patribus cũ haberent uxores accedebant ad ancillas ꝓ habendis filijs, ut Abraham ad Agar, Geñ. 16. Et Iacob ad Balam & Zelphã ancillas, Geñ. 30. Non ꝓpter hoc commiserunt adulterium, quia cognouerũt eas non fornicarie, sed maritali affectu, cũ quibus De9 dispensauit, ut simul haberent plures uxores absq; pctõ, ut Extra de Diuor. cap. Gaudemus, Et hoc ob multiplicandum cultum Dei, qui solũ reman-

remanserit in familia eorum ex multiplicatione hominũ eorum per generationem in illa familia, Et etiam ob spiritualem significationem, quæ habet. 32. q. 4. Recurrat & c. sequenti, & ca. obijciũt.

Tertio arguit seu rephendit adulterium per Legem Euangelicã, Nam dixit Christus Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet, rephendens illos Iudeos, qui dabant libellum repudij uxori cũ nõ placeret eis, & ea dimissa contrahebant cum altera Adultera, declarans hoc esse adulterium, non matrimonium, Et quia Moyses ppter duritiẽ & crudelitatem illorum hoc pmiserat, nõ ut bonum & licitũ, sed ut minus malũ ne Vxores occiderent si eas dimittere non possent.

Vxoré nunquam esse dimittendam, siue sit sterilis, siue adultera, ut patebit.

Deute: 24.

Separat igitur homo quos deus cõiunxit & male facit, infringens dei ordinationé, cum sine causa legitima dimittit uxorem, uel uxor uirum. Et multo magis si adulterat, & peius si de facto cum alia contrahat.

Pro nulla igit causa licitum est accedere ad aliam quã ad propriam uxoré. Nec ex eo quod sterilis sit uxor, ut ex alia habe-

habeat filios. Nec ex eo quod infirma qualicũq; & quantũcũq; diutina infirmitate & incurabili. siue sit ceca, siue paralitica, siue leprosa, Nec ex eo q̃ est adultera, uel quantũcũq; mala uel hæretica. Bene possit dimitti quantũ ad cohabitationem & thorũ propter adulterium, uel periculũ probabile sui corporis, uel animæ, sed non quo ad uinculũ, id est, q̃ possit accedere ad aliam uiuẽte prima, alioquin adulterium est. Et idem dicendũ de uxore erga uirũ. Vnde Aug. Sic non sunt facienda adulteria uoluntate etiam procreandi filios, sicut non facienda furta uoluntate pascendi pauperes. 32. q. 4. Sicut, & 5. q. ca. Si uxorem, & . q. 7. per totum.

Quarto arguitur adulteriũ per legẽ Canonicã & Sinodalem. Nam ecclesia secundũ antiquas regulas, imponit pœnitentiam septẽnem pro adulterio, ut patet. 22. q. 1. c. predicandũ, Quãuis hodie sint in arbitrio confessoris pœnitentiæ imponendæ, cũ consensu pœnitẽtis, siue pro isto, siue pro alio peccato. Et in aliquibus ecclesijs Episcopalibus est etiã sentẽtia excõmunicationis lata per Sino

nodales cōtra adulteros. De iure autem cōmuni, q̃uis non sint excōmunicati ip so facto, deberent tamen excōmunicari quādo est manifestū & perseuerans. A deo auté semper sunt excōmunicati etiā occulti adulteri. Punit etiam adulteriū iure petédi debitū ab uxore. Ita ꝙ nō te= nef ei reddere debitū, cū hoc ꝓ certo no uit. Quinimmo, statuit Ecclesia ꝙ si in adulterio perseuerat notorio, nullo mo do debet ei reddere debitum qui inno= cens est ad hoc, ne uideatur fauere ei in adulterio. Vnde Hieronim9. Cum uxor carné suam in aliā diuiserit, & se a ma= rito per fornicationé seperauerit, nō de bet teneri, ne uirum quoq; sub maledi= cto faciat, dicente scriptura. Qui tenet adulteram fatuus est & iniquus. 32. q 1. Dixit dn̄s, & cap, sequenti. Et idem iuris est omnino in uiro & uxore. Quinim= mo potest cōtra uoluntaté adulteri uel adultere, qui fidem seruat castitatis pete re diuorcium & nō cohabitare cū adul= tero. 27, q. 2. c. Agathosa cū glo.

Quinto arguitur adulteriū per le= gem ciuilem & imperialem. Nam per le gem ciuilem propter adulterium pro= batum

batum,uxor perdit dotem. ut in Autē. Vt liceat marito Para. Qui uero .Coll. 8.Perdit & famam & honoré, perdit & uitam aliquando. Quãuis auté ipse leges seculares nõ puniant ita uiros perpetrantes adulteria cũ solutis,sicut mulieres perpetrantes cũ solutis uiris,uel coniugatis,tamé scd'm rectius iuditium ecclesiæ, ita peccat unus sicut & alter, & æque puniri debet. Vnde dicit Innocen. Papa. Christiana religio adulteriũ in utroqʒ sexu pari ratione condemnat. 32.q.5.& q.6. Aug. ait Indignãtur mariti si audiant adulteros[uiros]similes adulteris fœminis pendere,id est sustinere pœnas,quum tanto grauius eos puniri oportuerit.Quãto magis ad eos pertinet,& uirtute uincere,& exemplo regere fœminas.

Priuat etiá lex Ciuilis natos ex adulterio paterna hæreditate, & oĩbus dignitatibus téporalibus.Ecce quomodo oĩa iura summe arguũt & detestantur adulteriũ.Sed hec parua sũt in respectu penarũ,q̃s iustus deus adulteris infligit in futuro seculo, De quo Apostolus ad Heb.13. dicit. Adulteros iudicabit Deus

V 2 scie

ſcilicet ad ignē æternum. Nūc quidem adulteri minime erubeſcūt. Gradiuntur collo extento. Iocus eis eſt tantū ſcelus, quoniā excecauit eos malitia eorū. Nolunt eīn noſſe peccati grauitatē, Sed ueniet tandem tēpus, quo iudicabit adulteros Deus quū cōfundenť uehementer quia nō intellexerūt obprobriū ſcilicet peccati Hieremiæ. 20.

Et ut in generali paucis grauitatē huius peccati oſtendamus. Grauitas adulterij patet. Primo ex iniuſtitia maxima & iniuria quam infert proximo & uiolatione Sacramenti Dei & Eccľiæ.

Scďo ſtatuit hæredem ex alieno matrimonio quod eſt ſumma iniuſtitia.

Tertio, eſt deteſtabile furtum.

Quarto infamia, & puerorum dedecus. Quinto, Innocentis coniugis intolerabilis triſtitia, Nec poteſt orare, nec negotia ſua implere. Si liberos intuetur mirum ꝙ cor non rumpiť. Officinam ſuam dimittit, bona dilapidat.

Sexto, odia, blaſphemiæ, detractiōes quæ ꝓpter hoc emergunt. Si Mulier adulterať, Maritus q̃ſi ſemp odit eam, Nec poteſt eam intueri, Sibi & filijs improſ-

properaẽ, Vnde oriuntur contumeliæ, Meretrix appellaẽ, quod sustinere non ualet, Si Vir Adultet est, Vxor blasphe-mat, imp̃caẽ sibi mortem, summe odit eam cum qua adulteraẽ, anxiaẽ suspitio-nibus, Mulier adultera aliquando necat filios ex adulterio natos, etiã sine Ba-ptismo, ad occultandũ adulteriũ quod est summa crudelitas.

Non sufficit calamus tanti mali gra-uitatem exponere. Ideo considerantes malitiam adulterij, Non modo Roma-ni, sed & Hæbrei & barbari, adulterium pœna capitali puniebant, Laudaẽ no-bilis Susanna, quæ coniugij fide serua-ta malebat mori, q̃ ea amissa uiuere. Sed tam sanctũ fœminæ ꝓpositum cũ nos-set Dñs, & ab accusatorũ infamia pur-gatam, & a mortis periculo liberam red-didit, Danielis. 13.

Queret quis, Vxor mea fornicata est an tacebo? Rñdeẽ. Si pctm̃ est occultũ & uides in ea contritioné & spem emen-de, debes poci⁹ celare. Primo ideo, quia per hoc lucraberis animam uxoris, quæ forsan si denudes pctm̃ eius, erit ꝓstitu-ta semp.

Scdo quia dedecus Mulieris in uirũ redundat & sic seruando famam eius, seruabis tuam. Tertio quia dum eius uitium cognoscis, Illud semper erit causa humiliandi eam, & maioris subiectionis, plures enĩ ceciderunt & resurrexerũt Si uero non sit spes emendæ & potest ꝓbari, potes per iuditium diuortium querere. Securius esset dissimulare in pluribus casibus. Non potes autem eam occidere in foro Dei.

Tertia speties luxuriæ hoc præcepto prohibita est stuprũ, id est, uiolatio uirginis, promissionibus & blandicijs, cõsentientis in sui corruptionem. Quod graue supra modum est pctm̃, propter etiam incommoda quæ sequunt. Nam sic corruptæ uirgines, cognito facinore ab alijs, incurrunt ppetuam infamiam, & recusant duci in uxores, neq; inueniunt facile quibus nubant. Inde derelictæ a suis amatoribus, interdum ꝓstituunt se publicæ omniũ libidini ex desperatione uel inopia. Aliquando uero sustollunt clam a domibus parentum, & sequunt suos stupratores, a quibus postea desertæ, fiunt miserrimæ & calamitosæ.

De

De satisfactione stupri, utrũ teneatur in aliquo stuprator satisfacere, & in quo? Rñdet scd'm Anthoninũ par. ij. summe Tit. 5. q̄ in Foro iudiciali Ecclesiæ uidetur teneri ad alterũ horũ constuprator, scz aut sumere eam in uxorem aut maritare. i. dotem dare Ar. extra de adul. ca 1. Sed ut dicit ibi Glo. Hæc fuit pœna antiqua. Hodie autem sic punit, q̄ aut eam ducat, aut uerberatus, & a sacris exclusus retrudatur in Monasteriũ ad agẽdam pœnitentiam, de quo egredi non posset, extra eo. Cap. ij. aliq̄ etiam Glo. intelligunt hæc seruanda de seductore, quando seducit. i. seorsum a domo adducit per uiolentiam.

In foro autẽ conscientiæ sic agendũ est scd'm Guil. Si deflorat eam uoluntariam, nõ tenetur ei, Patri autẽ tenetur, quia iniuriatus est ei. Vnde ei in aliquo satisfaciat, uel eum placet. Si autẽ seduxit eam, puta promissionibus & mẽdacijs, tunc iniungendũ est sibi q̄ satisfaciat ad arbitrium boni uiri, uel cũ ea cõponat. Et si pmisit eã ducere in uxorem ut copulam ab ea extorqueret, seruet promissum, & multomagis iuramẽ

to firmatum, Et hoc nisi nimis distans esset eorum conditio puta mulier plebea, uir nobilis & potens. Non em̃ mulier presumitᷣ fraudẽ ignorasse, uel etiã si magnũ aliquod scandalũ inde creditur prouenturũ. Et tunc petat remissionem promissi, & aliter satisfaciat scd'm suã facultatem & mulieris indigentiã.

Quarta species est raptus, id est uiolatio mulieris om̃ino renitentis & recusantis, atq; contra suam uoluntatem ut Sichem filius Emor principis Sichimitarum Geñ. 34. rapuit Dinam filiam Iacob propter quod a filijs Iacob postea occisus est, cum patre suo, & tota urbs Sichem euersa. Sic Iudicum. 19. Viri urbis Gabaa de tribu Beniamin, rapuerunt uxorem Leuitæ, & propterea a filijs Israel cæterarũ Tribuũ, urbs illa ferro & igni est uastata, & Iudic. 20. tota tribus Beniamin fere exterminata. Deniq;. 2. Reg. 13. Amnon tapuit, & ui oppressit Thamar sororem suam, & ob hoc ut dictum est a fratre suo Absolon in conuiuio est dolose obtruncatus. Ecce quem habent exitum qui raptum cõmittunt omni iuri etiam naturali contrarium.

De

De pœna raptoris mulierũ dicit Raym. in summa, qđ pœna raptoris secundũ leges est ut capite puniat̃ scđm Canones auté raptor efficitur seruus raptæ, nisi se uelit redimere, & debet excõmunicari, hoc in foro iudiciali non pœnitéciali.

Quinta species luxuriæ est incestus. quãdo quis consanguineã, aut affinitate sibi cõiunctam cognoscit, cõtra ipsi9 naturæ reuerentiam & honestaté. Graue peccatũ, Beatus Paulus. 1. Chor. 5. uirũ Corinthium, qui nouercã patris sui duxerat uxorem, tradidit Satanæ nexandũ, in interitum carnis, ut spiritus eius saluus fieret, & quanto gradus consanguinitatis aut affinitatis est ꝓpinquior tanto istud abominabile flagitiũ est deterius & magis execrandum.

Sexta species luxuriæ, est sacrilegium, quando quis uoto se astrinxit ad seruãdam castitatem & illã sicut deo uouit, non seruat sed uiolat, aut ducédo uxorem. aut nubendo, aut quouis alio modo spurciciꝭs libidinis se cõtaminando. Per cõcubinã aut fornicationé, Et tale crimen cõmittunt clerici in sacris ordi

 nibus

nibus constituti, qui castitatē deo & ec-
clesiæ promissam non seruant, sed im-
pudice uiuūt. Similiter religiosi & mo-
nachi post factum uotū solenne castita-
tis in sua professione, si impurā agunt
uitam, hoc horrendū cōmittūt crimē.

Hoc peccatū est admodū graue. Ideo &
pœna grauis a iure expressa. Nam dici-
tur. 82. dist. c. Proposuisti. Incontinētes
in officijs altaris positi, om̄i honore ec-
clesiastico priuentur, nec admittant ad
tale ministerium quod sola cōtinentia
oportet compleri.
Sed proh dolor, multi sunt sacri altaris
ministri incōtinentes. De quibus Dn̄s
Isa. 5. cōquerit. Quid est quod debui
ultra facere uineæ meæ, & non feci ei?
Expectaui ut faceret Vuas, & fecit labru-
scas omnis enormitatis & luxuriæ. Qui
patrimonium pauperum, sanguine Iesu
Christi comparatū in nefandam libidi-
nem, Gula & ocio enutritam, p̄fundunt
dissipant, distrahunt, Apud Romanos
uirgo uestalis in stupro dep̄hensa (quia
ad seruandam castitatem erat ex institu-
to astricta) uiua in terram defossa fuit,
&

& impudiciciæ tristes pœnas dedit. Quã do fornicatus est insup populus Israeliticus, cũ filiab9 Moab in deserto Sethyn Nume. 25. grauissima a Deo plaga affectus est, suspensis primũ contra Solem in patibulis populi principibus, iussu domini. Cur igiť tremendum Dei non timent iuditium Sacerdotes uel Clerici incontinentes? Quis eis dabit fugere a uentura ira Dei? Iam ẽm securis ad radicem posita est. Horrende ẽm & cito ueniet Dñs supplicium sumptur9 de his qui non custodierunt uas corporis sui in sanctificatione & honore, qui Templum spiritussancti fecerunt membra Meretricis.

Septima species luxuriæ hic ꝓhibita est pctm̃ contra naturam, de quo publice loquendum est cum sobrietate, & extra confessioné parũ habendus est sermo. Sed id unum omnibus est inculcãdum, ꝙ ꝓpter illud detestabile crimen Geñ. 19. Quinq; ciuitates, quarum duæ sunt Sodoma & Gomorra, igne & Sulphure de cœlo misso a Deo consumptæ sunt, & habitatores eoꝝ in infernum demersi, Et ut ait Ioan. Gerson in suo ope

tri-

tripartito subitæ inundationes aquarũ, pestes, sterilitates agrorũ, fames, & uastitas bellorum, solent a Deo immitti illis regionibus, in quibus regnat hoc execrabile flagitium, & non punit͛ nec exterminat͛.

Secũdo dicamus adhortationem pro uitanda luxuria.

Dicit beatus Aug. Sermo. dñicæ 23. post Trinitatis. Ad uos mihi sermo o iuuenes. Flos etatis, periculum mentis. Om̃is quidẽ etas non potest uacare a tẽtationib9, mox ut homo nascit͛, & si nõdum in animo suo, tamẽ in animo parentũ uel amicorũ suorum qui nutriũt, tentari potest. Fiunt ligaturæ, fit negligẽtia baptismi, diligitur infans & Christo negligit͛. Si ergo nec infantia uacat a tentationibus, quid dicã de cæteris etatibus? An forte senectus excepta est? An forte iam illicitæ concupiscentiæ friguerũt in carne iam uicina cadaueri? An iam non sunt tentationes? Immo sæpe tanta est in senibus auiditas gutturis & uentris, ꝙ sicut boni senes sunt prudentes, ita isti uinolenti, quasi ad hoc arida uiscera curuent. Quid auaritia radix omni

omniũ malorũ. 1. Thimo. 6. Nonne in eis feruentius ardescit, quanto citius re-lictura est quod acquirit?
Si ergo puerilis & senilis ætas a tẽtatiõi b9 nõ est libera, quaꝝ altera, id est pueri lis nondũ bene mundũ ingredit͛, altera id est senilis iam ista uita egredit͛, quid sentiendum est de flagrantia iuuenilis etatis? Quæ existens in medio, & ab in-firmitate pueritiæ iam recessit, & non-dũ accessit ad torporem senectutis, Hæc igit͛ ætas pluribus & maioribus tentatio nibus quatit͛. Hæc crebrioribus fluctib9 sæculi operit͛, Præsumit uiribus. Iactat͛ dignitate formæ, optat fulgere pompa rerum temporalium. Ideo uenenũ est ei quicquid ueritas ꝑcipit. Esca. quicquid Diabolus suggerit. Sed scriptũ est Pro. 27. Dultiora sunt uulnera amici q̃ blan dia oscula inimici. Amant sibi dici, Mã-ducem9 & bibamus, cras em̃ moriemur 1. Chorin. 15. Oderunt dici. Sobrij esto-te, Dicuntq;, Venite fruamur bonis, Sa-pien. 2. Vino, unguentis nos impleam9 utamur creatura tanq̃ in iuuentute cele riter, nullũ pratum sit quod non ꝑtran-seat luxuria nostra.

Hortor

Daniel xiii. Luce 2. f. Luce i. c. Esaie xl. b. i. corin: i. g.

Hortor uos o iuuenes, fugite luxuriã, fugite desideria carnis, Nuptæ cogitate Susannam. Viduæ Annam, Virgines Mariam. Mementote q̄ omnis caro fœnum, castitas uero uita Angelica. Cogitate mala luxuriæ, uoluptates carnis fucata sua spetiæ, orbem fere totum capiunt. Quos autẽ cæperint, nihil istis pecori uicinius. Nulla eñ re homines propius accedunt ad brutorũ conditionẽ, q̃ fœdissima carnis libidine, quæ eo nocentior, quo blandior. Plato eam uocat escam maloꝝ, ut eñ esca Hamo p̄fixa, pisciculos allicit, seq̃ captantes capit, ita illa melle quodam, sua uenena dissimulans, animas predæ auidas pellicit, pellectas inficit, infectas uehementer perimit.

Nulla capitalior pestis q̃ uoluptas. Ex hac innumera mala (Catho apđ Cicero.) hinc patriæ ꝓditiones, hinc rerũ publicarũ euersiones, hinc clandestina cum hostibus colloquia. Nullũ est scelꝰ nullũ magnum facinus, ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impelleret. Ex hac nascunt̃, egestas, infamia, graues & turpes corporis morbi, presertim

tim qui nunc Gallici uocitant. Animi cecitas, Dei contemptus, sui amicorúq; obliuio.

Nullum uitium est quod magis excecat, & surdum reddit q̃ luxuria. Ipsa se dat prorsus suæ miseriæ, & hoc sepius scit, & dicit, nec tamen ꝓpter hoc cauet & abstinet. Et dicit ꝑsona illa Male ago & id scio, sed non faciam secus. Stultus amor, aut immũda uoluptas trahit hominem ad mortem ꝑpetuam, quemadmodũ Carnarius trahit uitulum ad occisionem saltantem & letantem, ostendendo ei paruũ uiridem ramusculum.

Quid dicã de fomentis luxuriæ ut sunt obsonationes, ingurgitationes, cõpotationes ebrietates, nocturnæ debacchationes? quid choreæ, quid dissoluti lusus, quid sales scurriles atq; impudici, quid id genus alia mille? Nonne phreneticí risibus tibi uidentur simillima? Quis em̃ eum hominé non plane mente captum césuerit, qui cũ aut cruci suffigendus, aut ense cedendus ducitur, nihil instantis supplicij metu trepidet? sed inter se flentium turbã, iocabundus saltabundus, atq; cum multo cachinno ꝑgat?

gat?

gat? At isti eo peius insanire uidentur, qui ducunt in bonis dies suos, qui undiq; luxuria agitantur, & in puncto ad inferna descendunt.
Sed bone deus, quid hoc letargiæ? quæ est hæc humanaq; mentium securitas, uel potius demétia? Ita ne male memores sumus? tanta ne obliuio, ut ea quæ nunq̄ se sensibus nostris ingerere desinunt, non meminerimus? Videmus ne unũ quidem ex priscis ætatibus superstitem, uidemus nulli generi parcere mortem. Vixerunt illi, nos sine oĩ discrimine eodem uadimus. Cadunt maiores, minores, equales, & quum ita sit, luxuria tamen preponderat.

Dicet hic iuuenis. Quid tu me iam nunc morté cogitare iubes? Aetas mihi integra est, longe abest ut canis albescat caput, ut fronté seniles rugæ contrahãt. Hi mortem timeant, qui annis iam graues, senio incurui, terram salutãt. Quibus iam malæ pendulæ, oculi minores, nasus perpetua madens. Dentes rari & luridi, qui dextra iam suos annos cõputant. Ab his ego lõge absum, Feruet adhuc uiuidus circũ precordia sanguis, la

certi

certi ualidi, latera firma omne corpus uegetum adhuc & ſucci plenū ſpes diuturnæ uitæ.

Reſpondet. Age, quis deorum tibi canos uel ſeniles rugas pollicitus eſt? Si neminem efferri uides, niſi canum, uiue ſecurus, nec ante canos ac rugas de morte cogites. Sin illa in omnē ætatē graſſatur, ſi nondū æditos prefocat, ſi infantes a maternis abrumpit uberibus, ſi rapit impuberes & puberes, ſi uiros & ſenes, ſi nullum nouit diſcrimen, neq; ſexus, neq; ætatis, neq; roboris, neq; formæ, Num te unū habitura eſt eximiū?

Verſus.

Magnanimos reges monachos doctoſq; magiſtros
Et iuuenes criſpos mors ſine lege rapit.

Senex quidem diu uiuere nō poteſt. At tu adoleſcēs cito mori potes. Nemo tam ſenex, quin unum adhuc diē ſupuiuere poſſit. Nemo tam iuuenis, qui hodiernæ lucis ſibi ueſperū poſſit polliceri. Et quidē ſi diligētius obſerues, longe plures ephebos q̃ canos efferri cōperies. Cum ſemper rara fuit canities, tum hac tempeſtate nunq̃ neq; contem

ptior,neq; rarior. Quot mihi iam mon strabis cẽtones? Immo uix sexagesimũ annum attingentes?

Cum igitur humana uita semper periculis est exposita,quæ obsecro est socordia perinde uiuere quasi nũq̃ sim9 morituri? Vitemus igitur charissimi luxuriam,uitemus obscenas uoluptates,que hominem ducunt ad interitum.

Tertio dicamus de remedijs contra predictas luxuriæ species. Sunt autẽ hec remedia.

Primum est magna cautela a coniectione oculorum defixa in fœminas & aspectu in cauto in faciem earũ. Nam inde exurgere solet inflammatio male cõcupiscentiæ. Geñ.39. Iniecit domina casti Ioseph oculos in faciem eius, & solicitauit eum ad adulterium,sed nõ persuasit,Et ut refert Iosephus li. de Testamentis.12.Patriarcharũ,uarijs modis illa mulier instabat,ut potiret turpi desiderio suo,dicens ipsi Ioseph,quod quũ filios non haberet eum acciperet in filium,Respondit Ioseph q̃ Deus Mœchiam uetuerit,Iterũ illa dixit,Necabo uirum ꝓprium,Rñdit Ioseph.Si hoc fece

De scto Joseph historia, et Josepho

ris,

ris,publicabo. Tertio ꝓmisit se dimissurum idola si ei cõsentiret. R͂ndit Ioseph Nõ sunt facienda mala ut eueniant bona. Quarto misit ei epulum solẽne,sed incantatum. Sed Ioseph oratione munitus,nil sibi nocuit. Quinto dixit ꝙ seipsam occideret nisi sibi consentiret. Sexto apprehendit palliũ eius Geñ.39. Sed ipse fugit. Septimo postq̃ Ioseph iniuste fuit in carcerem coniect9,illa insinuauit sibi occulte quod educere uellet eũ de carcere si sibi consentiret,sed ille nõ acquieuit. Et ob id postea Ioseph ditat9 multum primus post Regem Aegypti habitus est.

Ad ꝓpositum, Incauta oculorũ coniectio huius mulieris in castissimum Ioseph, fuit horum omnium ꝑdictorum causa.

Et Danielis.13. iniecerunt duo senes iudices oculos suos in castam Susannã, & exarserunt in concupiscentiam eius, Ideo dicit͛ Hiere.10. Ascendit mors per fenestras uestras.

Querit͛,uidere ꝑsonam aliquam pulchram & sumere delectationẽ,supposito ꝙ nõ desideret͛,est ne pc̃m mortale?

Rñdet Gerson parte,4.ꝙ sæpenumero est periculosa curiositas, & sepe causa malæ estimationis ipsi marito,aut matri.Et sæpe causa faciendi peccare in superbia uel luxuria,ꝑsonam illam quæ inspicit̃.Et scd́m illos fructus bonos uel malos iudicate q̃le sit pc̄tm̄,& scd́m radicem cogitatiōis uestræ & malū quod infertis alteri.

Secūdū remedium contra pestem luxuriæ,est Parsimonia in uictu,abstinētiaq; in cibo & sobrietas in potu cū discretiōe. Nam Prouerb.29.dicit̃,Qui a pueritia delicate nutrit seruum suum.i. carnem,postea sentiet eum contumacē, Et Comicus inquid,Sine cerere & Baccho friget uenus. Et Ap̄lus ad Ephe.5. Nolite inebriari uino in quo est luxuria Et Hierony. Venter Vino æstuans,cito in libidinem spumat,

Querit̃. Comedere uel bibere ut quis Inflammetur in luxuriam, an sit pc̄tm̄ mortale? Rñdet Gerson ibidem,ꝙ sic, quando est extra matrimoniū ꝑsertim. Immo in matrimonio si est ad habendum aliam uoluptatem, q̄ requirit matrimonium, Speties,uina fortia,& alia huius-

huiusmõi deberent prohiberi tanq̃ mortales stimuli contra castitatem, presertim illis qui non sunt in matrimonio. Hæc ille.

Queritur, Gloriari in hoc ꝙ quis potest plus bibere & comedere, q̃ alij, an sit peccatum mortale? Respõdet idem ubi supra, ꝙ sic, si gloria hec inordinata fuerit.

Queritur, an sit peccatum emere pisces, aut carnes magni precij, ad delicatius manducandũ? Respõdet idem, ꝙ stat9, diuiciæ, & personæ conditio cõsiderari debet. Et malum exemplũ quod ex hoc sumit̃, ac subsequens paupertas. Precipue ecclesiastici debẽt esse magis sobrij in celebrandis talibus prandijs. Bona eñ quæ exponunt, sunt tanq̃ bona elemosynæ. Debẽt quoq; mõstrare alijs bonũ sobrietatis exẽplũ, & succurrere indigẽtibus. Artifices etiã quib9 sunt uxores & liberi non debẽt in huiusmodi superfluitatibus quid habent exponere.

Ve mũdo ab ebrietate, De qua Ambro. lib. de Helia & ieiunio sic dicit. In principio conuiuij prolusorijs se excitãt po

culis;ut irritent sitim, mox certant pocula cum ferculis. Procedente potu, cōtentiones diuersæ & magna certamina quis bibendo precellat. Nota grauis, si quis se excuset. At ubi cōsumatæ fuerint epulæ, putes iam esse surgendum? Tunc de integro potum instaurant, & quum consumauerint, tunc inchoare se dicūt. Tunc deferunt maximi crateres. quasi instrumenta bellorum. Certatur, Cedūt pincernarum manus uina fundētium, & coquorū labores calida ministrātiū, Ibi uideres sine excusatione certamina. In bello, si quis se inferiorem uiderit arma conuertit, & meretur ueniam, hic si quis calicem conuertat, urgetur ad potum, omēs inebriantur uictores & uicti. Qui autē damna non sentit, hanc mensæ suæ gloriam putat, si ex ea uulnerati omēs de harena exeant O spectaculū Chrianorꝝ. Quid inde sequitꝛ? luxuria, otiū, inanis tēpis ꝯsumptio, ꝯsumptio pecuniæ, uerberatio uxorum. & alia mala innumera. Quid em̄ mali hec fœditas non inducit, sues ex hominibus facit, immo furiosos & ueluti demoniacos.

Chri-

Chrisost. super illud Matth. Hoc genus demonioꝝ non eijcitur nisi in oratione & ieiunio. Nemo inquit diabolo magis amicus, q̃ qui delicijs & ebrietate maculaẽ. Hec est em̃ fons, mater, atq; origo omniũ uitiorum, hac una .s. ebrietate olim Hæbreos dyabolꝰ in cultum idolorũ iniecit, hac iniquos amores Sodomitarũ inflãmauit, ut Ezech. 16. diciẽ. Hec fuit inquit iniquitas Sodomæ abundantia panis etc. Hac deniq; uia, mille alij gehennæ traditi sunt.

Sunt auté nõnulli qui accusantes uinũ dicunt, Vtinam uinum non esset, ne inebriaremur. Rñdet Chrisost. O dementia, Ergo similiter dices, utinam ferrum nõ esset, ne fiant homicidia, Vtinã nox non esset ꝑpter fures, Vtinam fœmina non esset ꝑpter adulterium. Sic omnia Dei opa destrues. Ne igiẽ uinum crimineris sed ebrietatem, datum est uinum ad lætitiam non ad turpitudinem nostram, Datum est ut modeste rideamus, non ut proximos irrideamus ebrij, datum est ut ualeamus, non ut egrotemꝰ. Honorauit te hoc munere Deus scz Vino, cur teipsum dehonestas ꝑpter inté-

·1· ad Thi: 5· perantiam bibendi? Audi Paulum ad Thimo. dicentem, Modico uino utere ꝑpter stomachũ & crebras egritudines tuas, Quod si sanctus uir ille morbo depressus, in alternis egritudinibus laborans, quousq; magister pmisit, uino non utebat̃, quã ueniam nos consequemur uino ad ebrietatem sani abutẽtes. Ideo 1. Chor. 6. Dicit idem Apl̃us, Nolite errare, Neq; ebriosi regnum Dei possidebunt. Ecce horrenda huius mali conclusio.

Tertium remedium contra omnem luxuriæ labem, est deuitatio ocij, & occupatio assidua circa aliquod honestũ opus, Ezech. 16. dicit̃, Hæc fuit iniquitas Sodomæ, supbia, saturitas panis, & otiũ ipsius & filiaꝝ eius. Ociosi nãq; a multis impugnant̃ dæmonib9, ꝑpter quod dicit̃ Ecclesi. 33. Multa mala docuit ociositas, atq; ut ait Hierony. Intensum studium circa Scripturas, facit despicere carnis delicias, Et multo plus facit hoc assidua occupatio mentis, in meditando, orando ac aspirando ad Deum.

Oui. Otia si tollas prire cupidinis arc9.

Querit̃, Legere libros mouẽtes ad luxuriam

riam, utrum sit pctm̃ mortale? Rñdet Gerson ser. de luxuria, Difficile est quin sit pctm̃ mortale, Et hi qui eos retinent deberét compelli per eorum Confessores ad comburendos eos aut lacerandos, ne ipsi uel alij amplius peccarent, sicut est Ouidius de amore etc. Eodem modo dicendũ est de Picturis fœdis & inhonestis.

Vtrum est pctm̃ audire uerba dissoluta stultorum amantium, Rñdet quod sic, & fœmina quicquid dicat casta non est si eas libenter audiat.

Quartum remediũ, est deuitatio frequentis consorcij fœminarum, per quod emollit cor hominis, & trahit diuturna consuetudine ad illecebras earum, Quod sic innuit Salomon Pro. 6. Nũquid potest homo abscõdere ignem in sinu suo, ut uestimenta illius non ardeant? Aut ambulare sup prunas, ut non comburant plantæ eius, Et Hieronymus ad Oceanũ scribens dicit, Cũ proximat stipula, incendit ignem.

Quintum est oratio. quoniã Sapiẽtie. 8. dicit, non possum esse continens, nisi deus dederit, Dei ergo adiutorium

& gloriosissimæ uirginis opem, ac proprij angeli subuētionē incessabiliter inuocare, atq; in solo deo confidere, humiliterq; fateri se proprijs uirib9 ac studijs nullatenus posse præualere purgari, pficere, Hoc est remedium contra luxuriam efficacissimā. Adde considerationē æterni supplicij, quod pro breui luxuriæ oblectamento infligit. Et quis queso uellet per horam unā in igne iacere, ut suam ualeat cū dilecta cōcupiscentiā saciare? Si ergo timore & horrore tēporalis tormenti sperneret omis delectatio carnis, id poti9 fieri debet intuitu & pauore infernalis perpetuiq; incendij.

Conclusio.

Itaq; quū habeamus contra luxuriam tot emplastra, ac tanta remedia, nōne inexcusabilis est omnino qui superatur ab illa? Viriliter ergo contra eam pliemur per arma ista, & ante tentationē simus parati & exercitati ad pugnā huiusmodi.

De septimo praecepto.

Septimū præceptum est, Non furtū fa-

facies. Per quod ꝓhibet̃ unusquisq; inferre nocumentum proximo suo in bonis suis externis, possessionibus, diuicijs, pecunijs, & alijs rebus per furtiuam ablationẽ rei alienæ, eo inuito cui ea aufertur. In hoc autẽ præcepto etiam a parte totũ intelligit̃. Nã sicut in. 5. mandato dñs solũ noĩauit, & expressit homicidium, & tñ in illo tãq̃ in quodã principaliori ꝓhibuit omnem lesionem, & oĩe damnũ quod infert̃ homini iniuste in corpore. Et in sexto mãdato, in ip̃a mœchia prohibuit omnẽ illegittimũ concubitũ generaliter, & plura alia. ut dictum est. Ita in hoc septimo mandato, prohibuit non solũ furtũ, sed etiam, rapinã, usuram, sacrilegium, symoniam, omnẽ fraudem in emptionibus & uenditionibus, infideles aut fraudulentos labores, & generaliter oĩes contractus illicitos. Et in uniuersum oĩes tales modos, quibus homo uoluntarie infert alteri damnum in rebus tẽporalib9. Qui modi patebunt ex sequentibus. Similiter prohibuit auaritiam sc̃d̃m oĩes suos ramos & filias.

De hoc precepto dicemus duo, Primo qui

qui sunt qui hoc præceptũ trãsgrediũť, & uiolãt. Secundo de restitutionibus.

De primo, multi sunt qui, contra hoc dei preceptum agunt.

Primi sunt fures, furtum auté, est, clandestina & secreta ablatio rei alienæ, inuito domino. Sic ꝙ si hoc cognosceret, sibi displiceret. Et nõ solum contra hoc preceptũ peccat, sed etiam restituere teneť. Et q̃uis hoc peccatũ in ueteri lege Exo. 20. Nõ punireť morte, sed tantum redditione quadrupli, aut quintupli, ut pro una oue sublata, tenebať fur reddere q̃ttuor oues, Et pro uno Boue ꝑ furtum ablato, quinq; Boues. Attamen ipę Leges ciuiles, attendentes hoc furti malum maxime esse ꝑnitiosum Reipubli. & turbatiuum tranquillæ habitationis hominũ, ordinauerunt illud si domesticum fuerit aut assiduũ, esse morte plectendum, alioqui nullus esset in domo sua tutus, Quod si quis ob sublatam sibi furto pecuniam, aut res ad uitam necessarias, ita fuerit depauperatus, ut ex illo sustineat penuriam & indigentiam aut incidat in morbum uel morté, illæ fur reus est omnium maloꝝ & incommodoꝝ

modorum accidentiũ ratione furti ab ipo facti, & tenet omnia restituere usq; ad extremũ quadrantem.

Querit. Est ne pctm̃ mortale si quis alteri furaret aliquam rem paruam, ut Acum, uel pennam ad scribendũ? Respondet Tho. ij. ij. q. 66. Quod in talib9 rebus minimis, si homo cui res aufferẽ non reputat sibi damnũ inferri, & istæ qui accipit potest p̃sumere hoc non esse contra eius uoluntatem cuius est res, & si esset p̃sens ipe non dissentiret, p tanto ergo si quis huiusmodi res furtiue. i. alio nesciente accipiat, potest excusari a pctõ mortali. Si autẽ habeat animum furandi, & alteri inferendi damnum, potest esse in talibus minimis pctm̃ mortale. Sicut & in sola uoluntate furandi est mortale ubi etiam extrinsecus nullum infert nocumentum.

Iterum querit. Si quis rem suam apd alterum iniuste detentam, occulte reciperet, cõmitteret ne furtum in re sua? Rñdet Tho. ubi supra, q talis peccat, nõ quia grauet illum qui detinet, nec tenetur ad restituendum aliquid, uel ad recõpensandum, Sed peccat contra communem

munem iustitiam, dum ipsæ sibi usurpat suæ rei iudicium iuris ordine pter missso. Et ideo tenet Deo satisfacere, & dare operam, ut si inde ortũ fuerit scandalum proximoꝝ, ꝙ illud sedet.

Notandum est ꝙ tria genera hominum qui debent interptari fures.

Primi sunt diuites, qui nolunt in necessitate pauperibus subuenire. Retinentes em̃ superflua, & ultra sumpt9 necessaria, cũ sciant pauperes indigere & uideant, si non subueniunt, fures sunt, unde Ambrosi9. dist. 17. ca. Sicut hij, dicit, Non minoris est criminis habenti tollere, q̃ cum possis & abundas indigentib9 denegare. Confirmat per illud Ecclesi. 4. Fili Eleæmosinã pauperis ne defraudes, redde illi debitum tuum.

Secundi sunt Clerici & Ecclesiaꝝ Prælati, qui bona Ecclesiæ pauperib9 debita male expendunt, dantes Meretricib9 consanguineis diuitib9, & alijs similib9 non ,ppter sustentationem naturæ aut aliam causam licitam & honestam, sed uel ,ppter lasciuiam, uel propter affectũ cognationis, uel ,ppter fauorem sæculi & pompã uel alias male expendendo

unde

unde Bernhardus ad quendam Canonicum. Concedit̃ tibi ut si Altari seruias de Altari uiuas, non ut fræna deaurata inde emas, & similia. Similiter peccant si bona Ecclesiæ indebito modo conseruant.

Tercij sunt qui sunt fures interp̃tatiue, fornicariæ & huiusmodi turpes personæ, quæ ditant̃ uel pascunt̃ de rebus Ecclesiæ, unde secundnm Rodonésem, qui fuit glossator Raymundi. Si huiusmodi mulier recipit pecuniam ꝑ ope carnali a Clerico sæculari de rebus Ecclesiæ, tenet̃ ad restitutionem, Non ei qui dedit sed pauperi Ecclesiæ indigenti, uel pauperibus quũ Ecclesia satis abũdat. Si autem recepit de rebꝰ ꝓprijs Clerici, non tenet̃ restituere, sed pœnitentiam tenetur grauem agere.

Secundi sunt qui hoc preceptũ transgrediunt̃ sunt raptores. Rapina est uiolenta ablatio rei alienæ, etiam presente & sciente eo cui aufert̃, sed nó ualéte resistere oppressioni raptoris, qui est fortior uiribus. Et hæc deterior est furto, quia fit per uiolentiam, & in presentia illius a quo sua bona rapiunt̃. De qua

cons

conquerit̃ Dñs per Esa. cap. 2. dicens,
Vos eñ depasti estis uineam meam, &
rapina pauperis in domo uestra est.
Quare atteritis populũ meum, & facies
pauperum commolitis? Dicit dñs exer-
cituum.

Et hoc peccatũ summopere deo displi-
cet, quoniam non solũ excludit homi-
nẽ a regno cœlorũ dicente beato Pau-
lo. 1. Chor. 6. ꝙ fures & rapaces regnum
dei nõ possidebũt, sed etiã clamat uin-
dictam in auribus dei, & expetit presen-
tem ultionem inferri raptoribus. Nam
Exo. 22. dicit Dñs uiduæ & pupillo nõ
nocebitis, si læseritis eos, uociferabunt̃
ad me, & ego audiam clamorem eorũ,
& indignabit̃ furor meꝰ percutiã́q; uos
gladio, & erunt uxores uestræ uiduæ &
filij uestri pupilli, hec ibi.

Notandũ autẽ, quod rapina triplici-
ter committitur.

Primo per uiolentam prædationẽ.
Secundo per doni extorsionem.
Tertio per debiti exactionem.

Primo per uiolentam predationem,
dum scilicet quis ui & uiolentia aufert
alicui

alicui res suas eo inuito,& talis uocat̃ ꝑdo. Predo autẽ dicitur latro publicus, siue diurnus, qui in siluis uel in cõcursu uiarum insidiat̃ transeũtibus & eos aggreditur, ut auferat eis res suas, Similiter predo dicit̃ latro diurnus, qui nocte agros uastat uel incendit, aut aliquos inuadit in domibus, ut eorum bona auferat. Et tales scd'm Canones nõ gaudẽt securitate si confugiant ad ecclesiam. Possunt enĩ impune extrahi. 17. q. 4. c. Sicut antiquitas, & denegatur eis poenitentia, nisi restituant ablata, uel plenã securitatem de reddendo faciant. Et si distulerit talis accipere poenitentiã usq; ad mortem, si petat poenitentiam, dabitur ei, & etiã uiaticum, sed tamẽ sepultura ecclesiastica ei negabit̃. Extra. eo. cap. super Co. Nisi forte hæredes, uel ꝓpinqui uoluerint satisfacere. Nota tñ ꝙ talis rigor de occultis raptoribus nõ debet obseruari. Extra eo. in literis.

Similiter predo dicit̃, miles uel armiger qui accipit a personis ultra stipendia sibi constituta. In bello tamen iusto ab aduersarijs capere potest. Lucæ. 3. Neminem cõcuciatis etc.

Secũdo rapina cõmittiť per doni extorsioné dum scilicet quis ab aliquo extorquet aliquod donum uel seruitium iniuste, hoc em̃ repperiť in multis nobilibus, qui auaritia ducti simplices inducunt ad sibi donandũ pecuniam, localia, & huiusmodi, Et hæc quidem donatio, si fuerit illicita uel iniusta, recipiens teneť ad restitutionem tanq̃ raptor.

Et ut clarius intellegatur quando donatio uel receptio fit iniusta. Nota has ꝓpositiones. Prima propositio, Quando is cui dať a dante æstimatur pauper quũ tamen sit diues. Tũc is qui accipit, male accipit, Hinc Scotus ait. Videant truphatores illi, qui diuites existentes tanq̃ egeni ælemosynas recipiunt, ne iniuste om̃ia huiusmodi recipiant, quia nõ est ibi in dãte uoluntarium propter conditionis ignorantiam, quam dator respicit in dando. Talis igiť restituere debet danti, uel alicui pauperi, nisi interim ipse pauper fiat, quia tunc illud retinere potest.

Secũda ꝓpositio, qũũ quid alicui dať sub tali conditione, ꝙ hoc uel hoc faciat

at .uel ꝙ oret pro dante, si receptor nō intendit facere id propter quod sibi datur, fur est & raptor, & ad donum reddēdum obligaṫ, uel ad faciendū per se uel per alium scd'm dantis intentionē.

Tertia propositio, donum nullius efficitur ualoris, & iniuste accipiṫ, quum fit ex uiolentia uel coactione, dum scilicet quis terrendo uel uiolētis precibus, aut cōminationibus inducit aliū addandū sibi aliquod donū. Et hoc proprio nomine diciṫ extorsio, quæ quidē est mortale peccatū & rapina crudelissima. maxime cum totaliter tolliṫ ratio uoluntarij ab eo cui inferṫ talis extorsio. Cui9 signum est, quum talis est qui rogat uel minaṫ ꝙ potest nocere, & cuius offensa ꝓbabiliter timeṫ, nisi habeat quod petit. Vnde quicquid tali extorsione donatum est, restitui debet ei qui dedit. Sicut patet extra de censibus Exigit. lib. 6 cap. 1. Vbi precipitur restitui quod uisitationis causa iniuste receptum est.

Quarta ꝓpositio, Non ualet donatio quādo fit ab illo qui dare nō potest illi qui nec recipere potest, aut non potest esse dn̄s rei date. Exempli gratia. Nō est

iusta donatio qua datur pecunia fratri minori, quia ipse nō potest esse dn̄s illius pecuniæ, & posito q̄ uelit, prohibitur a lege superiori, id est a regula sua. Item seruus aut filiusfamilias non potest dare. Item nō potest dare uxor quæ non habet res paraphernales. Neq; monachus, neq; pupillus sine authoritate tutoris. Omnia igitur a talibus habita & donata restitui debent, nisi probabiliter p̄sumat̃, q̄ talis donatio placeret illis, qui super hoc habēt potestatē, alioquin talis talia retinens, rapit alienum. Tertio rapina cōmittit̃ per debiti exactionem. Et scd̄m hoc tria genera hominum merito raptores reputantur.

Primi sunt qui iustam causam habēt exigendi debitum, sed modum & ordinem excedunt in exigendo, quia scz nimis crudeliter & inordinate exigunt, Hoc em̄ potest habere rationem rapinæ maxime quū ipsæ creditor uidet damnum notabile imminere debitori, ratione talis exactionis, nec tantam necessitatem patit̃ quin cōmode possit expectare. Talis ergo grauiter peccat indebito grauando suum debitorem. Immo

est

est contra illud præceptũ morale Exod. 22. Si pecuniam dederis mutuo populo meo pauperi, non urgebis eũ quasi exactor, repetens scz debitum cum nimia austeritate, q̃diu impotẽs est ad soluendum, uide Sco. in q̃rto, dist. 15. q. ij.

Secundi sunt qui merito raptores reputanẽ per exactionem, qui Pupillos, Viduas & simplices, aut alios, iniuste trahunt ad iuditia, & per lites, & quæstiones iniustas conanẽ bona eoꝝ usurpare. De his, Isa. 3. Populũ meum exactores sui spoliauerunt. Qui ergo scienter & ex ꝓposito mouet tales quæstiones iniustas, mortaliter peccat, & teneẽ ad omnem restitutionem de damno lesis insecuto.

Tercij sunt qui merito raptores censenẽ per exactionem, qui subditis collectas & seruitia grauia imponunt & iniusta, Nec necessitatibus eoꝝ, q̃ntũcunq; sint pauperes compaciuntur.

Tercij sunt qui hoc p̃ceptum transgrediunẽ qui proximo suo iniuste nocent in re sua non quidem sibi eam usurpando & retinendo, sed eam siue occulte, siue manifeste destruendo, ut qui combu

 rit

rit alterius domum, aut destruit eius agrum etc, q̃uis em̃ nihil de illa re apud eum maneat, tamen quia ꝓximũ iniuste damnificat, peccat contra hoc p̃ceptum & tenet̃ damnum recompensare, inq̃ntũ potest; Nisi ille qui damnũ est passus sibi illd̃ uoluntarie remittat, aut ab eo habeat uoluntariã dilationem.

Similiter peccant, qui alienas res habent & eas non restituunt q̃ntũ possunt sed eas tenent inuito Dño. Hoc autẽ cõtingit tripliciter. Primo quũ alicui ex causa licita obligat̃ in aliquo, & illd̃ nõ restituit, sed tenet alio inuito, ut qui nõ reddit depositũ dño eiusdem depositi id legittime ab eo repetente. Qui non fideliter restituit rem sibi accommodatã. Qui non soluit pro posse rem sibi mutuatã, sed retinet inuito mutuante etc.

Secũdo contingit quẽ res alienas habere inuito dño, cũ quis aliqua iniuste, & per contractus illicitos acquisiuit & non restituit pro posse. Tertio contingit quem habere res alienas inuito dño ut cum sibi aliquid datum est aut relictum in testamento, aut uenditũ ab eo, qui hoc facere nõ potuit, quia ius in ta-

li

li re non habuit eo q non esset sua, nec habuit posse alienandi, ut Exempli gratia, Monachus, uel filiusfamilias etc, & tamen talem rem scienter tenet, nec restituit illi cui debet, quocũq; illorũ modorũ homo scienter tenet alienũ inuito dño, ipsæ peccat contra hoc mandatũ, Quia dicunt Doctores, in q̃rto dist. 15. q sicut illo p̃cepto. Non furtum facies, est ꝓhibita omnis iniusta alienatio rei alienæ, Sic eodem p̃cepto est prohibita iniusta detentio rei alienæ. Et ergo sicut auferens iniuste alienum, peccat contra dñm suũ, sic iniuste detinens, peccat totiens cõtra hoc p̃ceptum, quotiens reddere non uult inquantum posset.

Quarti, qui hoc preceptum transgrediuntur sunt usurarij, Vsura autem est ex mutuo quæsitum illicite lucrum pecuniarium, quando quis exigit sibi plus reddi, q̃ mutuauit.

Diffinitur autẽ a magistris usura sic, Vsura est lucrum ex mutuo principaliter intentum. In qua descriptione tria ponuntur, Primũ, q usura est lucrum, lucrũ autem proprie superabundantia nuncupatur. Secũdo ponitur, ex mutuo, tan-

q̃ differentia distinguens usuram a lu-
cris, quæ non ex mutuo acquirũtur.
Tertio additur, principaliter intentum
quia si hoc principaliter non intendãt,
sed secũdario, & debitor mere gratis ali
quid offerret, non est usura.
Ad magis autẽ intelligendum quando
sit usura. Nota, ꝙ scd'm Tho. 2. 2. q. 78.
& scd'm Doctores, quædã sunt res qua-
rum usus non est eaꝝ consumptio, ut
usus domus, est inhabitatio, & nõ dissi-
patio eius. Similiter usus equi, est eius
equitatio uel alter eius labor. Et in ta-
libus potest usus concedi seruata pro-
prietate. Et ꝓ talium rerum usu potest
homo licite aliquid recipere, ut fit in
earum locatione. Aliæ sunt res, quarũ
principalis usus est consumptio, ut sunt
pecunia, panis, triticum, & cætera huius
modi. Vsus em̃ panis est eius comestio
per quam cõsumitur. Sic de uino, & de
consimilibus. Sic usus pecuniæ prin-
cipalis, est eius distractio, scd'm quam in
cõmutationes expenditur. Et in talibus
non debet nec usus principalis concedi
sine dominio, quia in illis per mutuum
fit trãslatio dominij. Si em̃ tibi mutuo
pecu-

pecuniam,illa erit tua per mutuũ. Nã mutuũ dicit̃, quasi de meo tuũ. Et ideo si mutuatũ perditur ip̃m perdit̃ illi qui mutuo recipit,licet teneatur reddere equalens. Similiter de pane & uino,& similibus est intelligendum.

Peccat ergo contra hoc mãdatum ꝑ usuram. Primo qui alicui pecuniã mutuat,& pro solo tali mutuo exigit lucrũ tẽporale in pecunia,aut alia re,cuiꝰ ualor potest pecunia mẽsurari. Et dico notãter pro solo mutuo,quia,ut dicit Thomas ubi supra. Qui mutuũ dat, potest absq; peccato in pactum deducere, cum eo qui mutuũ accipit recõpensationem damni,per quod sibi aliquid subtrahit̃ quod debet habere. Et potest illud damnum ab eo recipere,immo exigere, hoc eñ non est uendere usum pecuniæ, nec est recipere lucrum ꝓ mutuo, sed est uitare damnũ. Et potest esse ꝙ accipiens mutuũ maius damnũ euitet,q̃ dans incurrit,unde accipiens mutuũ cũ sua utilitate damnũ alterius recompensat. De hoc dat exempla Alexander de Hales. Si fideiussor soluit usuras creditori, potest eas petere a debitore. Pro quo fi-

deiusserat, quia nō sunt usuræ quātum ad fideiussoré, nec est lucrū respectu sui sed pocius damni uitatio. Item si debeas mihi centū marcas ad certū terminū, & noluisti psoluere in termino, & ideo oportuit me recipere pecuniam ad usuras propter negocia mea tractanda, tu teneris mihi restituere illas usuras, si solui, uel si nō solui, teneris me liberare ab illa usurarum obligatione.

Subdit S. Tho. dicens. Recompensationem uero damni, quod cōsideratur ex hoc, ꝙ ipsæ de pecunia non lucratur, non potest in pactū deducere, nec ab eo exigere, quia non debet uendere quod nondum habet, & potest impediri multipliciter ab habendo.

Dico etiā notanter, exigit lucrū, quia ut dicit Tho. ubi supra, Si mutuans accipit aliquid ab eo cui mutuat, non q̄si exigens, nec quasi ex aliqua obligatiōe tacita uel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat, quia etiam anteq̄ mutuaret, licite poterat aliquod donū recipere gratis, Nec peioris conditionis efficit᷑ per hoc ꝙ mutuauit. Recompensationem uero eorū quæ pecunia non men-

mensurant, licet pro mutuo exigere, puta, beniuolentiam & amorem eius qui mutuauit, uel aliquid huiusmodi.

Secũdo contra hoc mandatũ peccat per usuram qui pro quacũq; re, quæ usu consumit mutuata, accipit ex pacto ultra sortem pecuniam, aut aliam rem, cuius ualor potest pecunia mẽsurari, quia cum talem rem mutuat alteri, tũc amplius non est sua, sed istius qui eam mutuo accipit. Si ergo exigat pro ea lucrũ hoc fit de re sua.

Exquo patet, ꝙ usuram cõmittit, nõ solum qui pro mutuo exigit munus a manu, sed etiam qui exigit pro mutuo munus ab obsequio, uel etiam a lingua: quia utriusq; illorum ualor potest pecunia mensurari, Vt patet in his qui operas suas locant, quas manu uel lingua exercent. Si uero mun9 ab obsequio uel a lingua, nõ quasi ex obligatiõe iustitiæ sed beniuolentia & amicicia (quæ sub æstimatione pecuniæ non cadit) exhibeatur, tunc licet accipere, ut dictum est.

Tertio peccat contra hoc mandatum per usuram qui mutuat. 12. Marcas pro una per annum, quia omnis usura est

pctm̃

pc̄tm̄ mortale, & contra p̄sens manda-
tum, sed mutuare. 12. Marcas pro una p
annum, est usuram cōmittere. Immo si
centum Marce mutuarent̄ p una p an-
num cū pacto de illa Marca soluenda,
adhuc esset usura, quia esset lucrum p
mutuo pacto debitum, uel exactum, Igi
tur esset usura per diffinitionem usuræ.

Immo si quis mutuaret alicui, & non
faceret pactum de lucro dando sibi, sed
solum haberet spem de lucro, ipsæ esset
coram Deo usurarius, & peccaret cōtra
hoc mandatū. Quod Dn̄s innuit Luce
6. Vbi dicit. Mutuum dantes, nihil in-
de sperantes. Et hoc scz, q̄ talis sperans
lucrū pro mutuo sit usurarius mentalis
est tunc uerū, quando spes lucri est cau-
sa mutuandi. Ita q̄ alias non esset mutu
aturus, nisi de lucro recipiendo speraret
aut aliquo emolimento, sicut propina,
uel simili lucro etc.

Si uero quis principaliter moueatur
ex charitate ad mutuandum, & cū hoc
sperat de retributione alicuius lucri, il-
lud non est usura.

Et dixi notanter q̄ mutuare. 12, mar-
cas p una, est usura, quia si quis nō mu-
tua-

tuaret, sed realiter emeret super aliqua re immobili marcam annui césas, & daret pro illa iustū precium, scilicet tantū quātū in hac terra in tali re, & in tali loco solet dari perpetua marca census, ille contractus esset licitus & iustus, & uera esset emptio, si emptor postea uenditori marcæ daret potestatem reemendi eundé censum, ꝓ eadem pecunia quādo uellet, aut posset, ut infra.

Quarto usuram cōmittit, qui mutuat alteri, ut etiam sibi postea remutuet, ut dicit Tho, Vbi supra, & alij doctores, quia sic mutuans uult rehabere mutuatum integre, & ultra hoc, uult alium sibi obligatū esse ad remunerādū, Et hoc quia potest pecunia æstimari, erit lucrū ꝓ mutuo, & sic usura. Licet ergo licitum sit, & ualde dignū, ꝙ mutuanti unum, mutuet aliud, non est tamen licitū aliū propter mutuū obligare ad remutuandum.

Quinto usurā cōmittit, qui habens molendinū, mutuat pistorib9, aut alijs, cū illo pacto, ꝙ molant solū in suo molédino. Accipit em̄ ultra sorté in tali mutuo, scilicet istam cōmoditaté, aut illud

emo-

emolimentũ, quod ex hoc acquirit, q̃ apud ipsum molant, quod utiq; est pecunia mẽsurabile, & cũ hoc aufert eis libertatẽ molendi ubi uolunt, & tenet eis ad satisfactionẽ, si saltẽ ex hoc aliquod damnum incurrunt.

Sexto usuram cõmittunt, qui mutuauerunt res suas ad certũ terminũ, quo ueniente nolunt dare prorogationẽ, nisi data pecunia propter mutuũ, aut alio equipollenti. Sunt eñ usurarij etiam si expresse nihil petant.

Septimo, qui rem carius uendunt q̃ sit ipsius iustũ pretium, propter hoc ut emptori de pecunia soluenda expectent usq; ad certum terminũ. uel qui rem uilius emit q̃ sit iustum eius precium propter hoc quia pecuniam soluit prius anteqũ res sibi possit tradi. Aut etiam, qui tẽpore collectionis bladi uini, & cõsimilium, quũ minus soluere solent, uendit talia pro p̃tio, quod ualitura sunt circa Pascha, aut alio tẽpore, in quo cõmuniter plus soluere cõsueuerunt. Et sic de alijs modis palliatæ usuræ, quibus omĩbus peccat contra p̃sens preceptum, & usura uere & realiter cõmittitur. In quibus

bus om̃ibus hom̃o tenet ad restitutio-
nem damni, proximo sic sibi iniusti il-
lati.
Octauo usuram cõmittuut, qui mutu-
ant ad usuram nomine alieno. Et hoc
maxime est uerum de tutore, procura-
tore, & curatote, etc. Qui in hoc nõ pre-
stant nudũ ministerium, sed etiam au-
thoritaté, & sic usuras huiusmodi acce-
ptas nomine alieno, tenentur restituere
si iste cuius nomine recepit, nõ est soluẽ
do, aut si non uult restituere. Idem in-
tellige per om̃ia de uitricis ecclesiarũ, &
de his quibus cõmendata sunt hospita-
lia, aut alia loca religiosa & pia. Nec ex-
cusat eos ꝙ huiusmodi lucra conuertũt
in pios usus, aut in augmentum diuini
cult9, quia dicit Apl'us ad Roma. 3. Nõ
sunt facienda mala ut eueniant bona,
Nam quæcũqꝫ sunt scd'm se mala, ꝑpter
nullas causas q̃ntũcũqꝫ bonas sunt faci-
enda, ut dicit August. in libro cõtra mẽ
datium. Et ꝓbat per hoc, quia si quis di
cat ea quæ scd'm se sunt pc̃tã, ut stupra,
furta, blasphemias & huiusmodi, ꝑpter
causas bonas esse facienda, quid est alid'
hoc dicere, q̃ talia nõ esse pc̃tã, uel quod
absur-

absurdius est, pctá iusta esse? Similiter de usura dicendum est,

Nono peccant omnes isti Ciues, quorum authoritate consilio, uel consensu cõmunitas alicuius ciuitatis mutuat ad usuram, & omnes qui authoritatem ad hoc pstant aut præceptum dant, aut cõsilium, sine quo Ciues huiusmodi usurá non cõmisissent. Tenent em̃ ad restitutionem in solidum, cæteri uero ut consentieñ, ppter emolimentũ quod eis ex hoc accrescit, tenent ad restitutionem eius partis, quæ ad eos peruenit, aut q̃ntum releuati sunt in expensis, quas alias fecissent, aut in usuris, quas eos soluere oportuisset.

Notandum auté q usura triplici lege ,phibet, scz lege naturæ, lege scripturæ & lege Ecclesiæ, Primo lege naturæ, Natura em̃ pcipit, ut homo faciat proximo prout uelit sibi fieri, sed si tu sis indigés & mutuo peteres pecuniam a proximo ut tibi mutuet si possit, sine omni spe usuræ, & ille nollet nisi cum usura, non esset tibi gratum, ergo caue ne tu similiter alteri facias.

Secũdo usura est contra legem scripturæ

turæ, Nam in multis scripturæ locis tã Veteris q̃ Noui Testamenti ꝓhibetur, Leui. 25. Ne accipias a fratre tuo usuras Nec amplius q̃ dedisti, Et paulo post. Pecuniam tuam non dabis ad usuram, & frugum supabundantiam non exiges Et Psalm9, Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo etc. Qui pecuniam suã non dedit ad usuram, Et Luce. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. Vbi scd'm Tho. ij. ij. q. 76. Ar. 1. Hoc uerbum duo continet, scz consilium & p̃ceptum. Cõsilium em̃ est dare mutuũ, extra casum necessitatis. Præceptũ uero est, non sperare aliquid ultra sortem ꝓpter mutuũ.

Tertio usura est contra legem Eccl'iæ, quia tota sctã Ecclesia detestat' usuram & ꝓhibet, ut patet in multis locis Decretoꝝ & alibi, Vnde. 14. q. 4. ca. Nec hoc dicit', Nec hoc quoq; p̃tereundum duximus esse quosdam turpis lucri cupiditate captos ꝙ usurariam exercent pecuniam, & in fœnore uolunt ditescere, quod nos ut non dicamus in eos tantum, qui sunt clericali ordine constituti, sed etiã in alios cedere, & qui Christianos se dici cupiunt, cõdolem9 ꝙ uindicari acri9

in eos qui fuerint confutati decrenim9 ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

Et extra de usuris. cap. quia in omibus dicit,quia in ombus fere locis, ita crimen usurarum inualuit,ut multis aliis negociis ptermissis,quasi licite usuras exerceant.& qualiter utriusque testamēti pagina cōdemnant nequaq̄ attendunt. Ideo cōstituimus, ut usurarii manifesti, nec ad cōmunionem admittant altaris nec Christianam, si in hoc peccato decesserint accipiant sepulturam, sed nec oblationes eorum quisq̄ accipiat.

Contra hanc usuram pulchre loquit S.Basilius in sermone super Psalmū 14. Inhumanitas inquit est maxima ex miseri calamitate opes exigere. Inhumanitas inq̄ maxima est,si is qui egestate premitur,mutuū ad uitæ subsidiū querat, dans uero minime sorte cōtentus,ex miseri calamitate, prouentus ac opes sibi excogitet. Miser homo ad auxilium cōfugiēs,hostem reperit. Antidotum querens,in uenenum incidit. Veluti si quis medicus accedens ad aliquem laborantem,loco remedii, & reddendæ sanitatis

tis, auferret eas uires, quæ restabant.
Potius o homo, noli accipere in mutuũ
Primo quia accepta pecũia, fortasse lau
te uiues, & sic nec poteris postea dissol-
uere fœneratori, Secũdo, quoniam su-
mere mutuũ est initium mẽdacij, ingra-
titudinis occasio, materia periurij. Alia
sunt eñ uerba quando sumis, alia quã-
do expostularis. Cogita igitur unde ex-
olues, unde sumes, an res usui & exolu-
tiõi sufficiat? Tertio, pauper es? sed li-
ber. Si acceperis in mutuũ, iam liberta-
tem amisisti, Nam qui debet, in pauper-
tate cõtinuo dies & noctes habet insom
nes. Si quis ianuã pulsauerit, statim de-
bitor latitat. Canis latrat, hic sudore p-
fluit. Vbi uero tẽpus exoluendi uenit,
aliquid cõmentat mendatium, quali ex
cusationi creditorem a se repellat.

Dices, Quomodo nutriar? Respõdet
idem, habes manus, habes artem, labo-
ra, multæ sunt ad mercedẽ uiæ, multæ
occasiones. Si uero laborare non pote-
ris, roga ab his qui facultatem possidẽt.
At turpe inquis rogare. Turpius eo, qd
fœnus accipit priuari.

Formica potest, neq; rogãs, neq; mutuo

accipiens nutriri,& apes proprij nutrimenti reliquias regib9 condonant,quibus nec manus,nec artes natura dedit. Tu autẽ industrium animal homo,unã tantum ad uitæ usum uiã reperiere nescis? Hec Basilius.

Obiectiones contra predicta.

Obijciunt usurarij licere usuare quoniam lex admittat. Nam in lege diuina dicit Deute.15. Fœneraberis gentibus multis etc. Respondet. Fœnerari ibi simpliciter accipit pro mutuare nõ ad usuram,prout & latini usurpant. Et est sensus. Si seruaueritis mãdata dei, usq; adeo abundabitis,ut ipsi multis poteritis fœnerari,uos autẽ ab alijs non mutuabitis, quum futuri sitis diuites.

Item obijciunt,etiam Iudei, uolentes ꝓbare tanq̃ eis licitũ sit a Christianis usuram capere. Nam eadem lex dicit Deute.23. Nõ fœneraberis fratri tuo sed alieno. Ecce prohibet solũmodo fœnerari fratri,nõ etiã alieno. Respõdet,tum fratrem ibi posse accipi pro quolibet proximo,& ratiõe originis,quæ una est,scilicet a deo. Et ratione finis,qui un9 est. scilicet deus,& ratione parẽtis, qui un9 fuit scilicet Adam. Tum

Tum ea permiſſio fuit comparatiua; qua permittebaſ minus malum ne ſequereſ maius, utpote, ne ſi nō fuiſſet Iudeis permiſſum fœnari alienigenis, maiori crudelitati in ſuos graſſarentur, ut ſuæ cupiditati ſatisfacerent. 31. q. 1. Hac ratione, qui interim a pœna tēporali legis, non autē a pœna gehennali, neç a peccato mortali excuſabanſ, neq̧ mō excuſanſ. Quod eñ permittimus, nolētes precipimus, quia alioqui malas hominū uoluntates prohibere nō poſſumus. Ita nimirum Iudæis quondā permittebaſ dari libellū repudij & repudiare uxorem ad remouendū uxoricidium, quod maius fuiſſet malum, ut patet Deute. 24. Id quod Chriſt⁹ domin⁹ euidenter expreſſit, Matth. 19. dicens. Quoniā Moyſes ad duritiam cordis ueſtri pmiſit uobis dimittere uxores uſas, ab initio autem non fuit ſic. Sic olim uſura pmiſſa fuit Iudeis in alienigenas, cauſa tamen ſubſiſtente, quoniam alienigene fuerunt, quibus dñs terras corū conceſſerat, ut fuerunt Chananæi, & ab illis licite recipiebant uſuras, nō ut uſuras, ſed ut recuperationē ſui iuris. Sicut

& nunc licite reciperent usuræ a Christianis, ab eo contra quē agit iustum bellum, quū etiam liceret eum occidere.

Nullo modo ergo licitum est Iudæis a Christianis usuras accipere. Et pcipit eis ab Ecclesia, ne usuras exigant, sed exactas restituant, ut in. c. post miserabilem de usuris, Et debent ad hoc compelli p Principes, ut in dist. c. Quod si non faciunt, debent compelli p iudicem Ecclesiasticum censura Ecclesiastica ut dicit Hosti. & Ioh. Andre. in nouella, in dicto ca. post miserabilem. Facit. c. Postulasti de Iudeis, Addit Angelus in summa, & aliȷ̄. Quod Principes terrarum peccāt mortaliter non cogendo eos ad restituendū usuras.

Quod si iterū usurariȷ̄ obȷ̄ciūt, quod Leges humanæ, uelut ciuiles, concedūt aliquas usuras, præcipue ut C. de usuris L. eos. Rn̄det, q Leges ciuiles dant plerūq; populis, quæ sunt ex maiori parte malæ uel imp̄fectæ, & intendūt pacificū conuictū Ciuiū adinuicem, Vnde solū ꝓhibent exp̄sse uitari, quæ sunt magis p turbatiua ciuilitatis & quietis temporalis, puniendo transgressores, & coercēdo

do pœnis ab illis,ut adulteria,furta,ho micidia etc. Alia uero pmittunt,non ut licita concedentes,sed nō punientes,ut alia uicia pdicta,& hoc ne peiora contingant,ut patet de Scortis. Lex uero diuina,phibet omne pctm̄,ostendens illd̄ puniri in diuino iuditio,quæ & annullat Leges humanas,quæ concedūt pctā, ceu sunt,quæ pmittunt usuras simpliciter. Etsi em̄ Leges huiusmodi ciuiles sint iustæ quoad ciuilitatē psentis uitæ,nō tamen quo ad ciuilitatem supernam adipiscendam.

De contractibus reemptionis.

Contractum reemptionis,qui diceret illicitum,contradiceret iuri cōmuni. Vt si emunť in bonis ciuitatis, Villæ, Monasterij certi census in perpetuū, uel ad temp9,licitus est talis contractus.
Patet in quadā bulla Martini quinti, q̄ incipit. Regimē uniuersalis ecclesiæ, ubi papa sic dicit. Comperim9 huiusmodi cōtractus ueridicos. & iura determinationē docto℞ licitos fore,ac iuri cōmuni cōformes inuenim9, ac ipso℞ cēsuū

suũ uenditores ad ipsoꝝ solutionẽ, remoto cõtradictionis obstaculo, obligari, & loquit̃ ibi de reemptiõib9, Non ergo cõmittũt usurã emptores illoꝝ censuũ, tam seculares quam spũales, ut ibidem papa declarat, Nam ista extrauagans facit ius cõmune, ergo cuilibet est pmissum. Item vsura sola committit̃ in mutuo, scd'm dictũ Christi. Mutuũ dãtes nihil inde sperantes, sed hic non est mutuũ, sed emptio, ergo non usura. De hoc etiam habet̃ Codice de pactis inter empto, & ven. L. 2.

Luce, vj. Sed huiusmodi cõtractus, primo debet fieri cum discretione debita, ꝙ huiusmodi census nõ cõstituant̃ in libera persona. Quia libera persona nõ potest obligari, ut patet extra. de pig, Igit̃ fieri debet in uniuersitate, ciuitate, cõmunitate uilla, agro, domo, Et respiciendũ est, an de talib9 rebus tot redditus possunt ꝓuenire. Etsi res casu uel incẽdio periret, & emens nihilomin9 uellet esse certus de prouentibus sibi dandis illicitus. & illiberalis esset contractus, quia tũc fieret obligatio personalis. Itẽ ꝙ sit equalitas inter ementẽ & uendentẽ, ut seruẽt

cõsue-

cõsuetudinẽ laudabilem patriæ in re-
emptione, ut si emant quinq; uel quat-
tuor florinos pro centũ annuatim etc.
Item ꝙ pactũ appositũ sit licitũ. Et pa-
ctum reemptionis debet apponere uen
ditor, & nõ emptor, alioquin contract9
esset pignoratitius, & percõsequẽs usu-
rarius, si emptor posset repostulare pe-
cuniã, quãdo ille uellet. Vt patet in cap.
Illo nos, de pigno. Vel esset simulatus,
ut patet in ca. Ad nostram de emptiõe
& uenditione. Aliquãdo etiam est talis
pœna apposita, quæ multũ est impia,
ut si census debit9 solut9 nõ fuerit, sem-
per post decem dies a termino solutiõis
duplet, donec adequat sorti principali
& sic reemptio aspirat, & emptori adiu-
dicent bona simpliciter pro censu non
soluto. Talis contractus est illicitus con
tra illud tota die miseret & cõmodat.

Secũdo debet fieri intentiõe recta scili-
cet ꝙ non decipiat fratrem suũ, scd'm
quod dicit Apostol9. 1. Thessa. 4. Nemo
circũueniat fratrem suũ in negocio, sci-
licet neq; in precio, ꝙ precium sit equa-
le, ꝙ uẽdibile sit tale, &, sit equalitas in-

ter ementem & uendentem. Si autem p̃ciium esset minus q̃ res ualet, & est de cōsensu uenditoris, tūc contract9 bene ualet, quia uenditor mera uolūtate posset illam rem dare emptori, ut patet de fide instrumentoꝶ C. Cū Iohannes. Si autem nō est de consensu uolūtario, & uēdens est angustiat9 ad uendendū rem suam pro minori præcio, & emptor nō habet causam minorandi præciū, nisi ꝑpter pactū reemptionis, sic contract9 est illicit9, repugnans iustitiæ cōmutatiue. Et est contra illud præceptū naturæ, Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris, In institutis. De iustitia & iure. §. Iuris p̃cepta, uide de hoc in ca. ad nr̃am de Emptiōe & Vendi. Vbi Abbas ponit quinq; casus quibus committit̃ fraus in isto contractu.

Quinto peccant contra hoc p̃ceptū septimum, Non furtum faties, Symoniaci. Est autē Symonia, qñ res sacra & spiritualis p̃cio cōparat̃, aut emit̃ aut uendit̃, ut si quis bñficium Ecclesiasticum, aut Ordines aut Sacramenta, data pecunia ex pacto cōferret & reciperet, Cōtra illud Dñi p̃ceptū, Matth. 10. de spiritualibus

libus donis. Gratis accepistis, gratis date, Et hæc Symonia, accepit nomen a Simone Mago, qui (ut dicit Act. 8.) cũ uidisset q̃ p impositionem manus Apostolorũ daret spũssanctus hominib9, obtulit ei pecuniam dicens, Date & mihi hanc ptãtem, ut cuicũq; imposuero manus, accipiat spm̃sctm̃. Btũs autẽ Petrus rñdit ei. Pecunia tua tecum sit in pditionem, quoniã donũ Dei existimasti pecunia possideri. Et Geizi seruus Helisæi. 3. Reg. 5. quia a Naaman Siro sanato a Lepra per septemplicem lotionẽ in Iordane, iuxta uerbum Prophetæ, accepit munera, uestes scz & pecunias, quasi in compensationem illi9 sanationis, quæ tamen Helizeus constanter recusauerat, factus est subito Leprosus.

Nunc proch dolor Symoniaci in Ecclesia sunt frequentiores, qui sacra uendũnt & emunt, atq; licitanter. Vnde fit ut in plerisq; locis pene omnes Ecclesiæ ꝓpter pecuniã, idoneoꝝ uirorũ penuriam paciant, qñ nulla, ut debet, in præficiendis Prælatis, quos dicunt, nec uirtutis, nec ꝓbitatis, neq; scientiæ habeatur ratio, sed qui plus ualent uel potentia,

uel pecunia acceptant, nihil deinde rei Ecclesiasticæ, sed sui commodi, studiosi qui & ideo nihil minus sunt q̃ Sacerdotes & Prælati.

Ad cognoscendam auté Symoniam, operepretium est scire quid sit Symonia diffinitiue. Symonia est studiosa uoluntas uel cupiditas emendi uel uendendi aliquod spũale, uel spũali annexũ, ut in Glo. 1. q. 1. ꝗ quidam. Item. c. qui studet. ea. q. Vnde Symonia non est aliđ scđm Anthoninũ in summa. par. 2. Tit. 1. c. 5. q̃ emere uel uendere, uel alium contractum non gratuitũ facere pro spũalibus habendis p̃cio rei temporalis.

Voluntas ibi ponit᷑, non pro potentia, sed ꝑ actu eius, Omne em̃ pctm̃ actuale, actu uoluntatis committit᷑.

Studiosa dicit᷑. i. deliberata, Nam etiam sola uoluntate p̃uia rationis deliberatione, committi potest Symonia licet ab Ecclesia non puniat᷑, dum non ꝑcedit in opus extra. Nomine emptionis & uenditionis cõp̃hendit᷑ omnis contractus non gratuitus, excepta ꝑmutatiõe, quæ licite fieri potest, seruatis debitis cõditionibus. Spũale uero, scđm Rich.

in

In q̃rto dist.33. tripliciter dicit. Primo essentialiter, ut gratia & uirtutes. Scd'o causaliter, ut sacraméta, quæ causant gratiam suo mõ. Tertio effectiue uel actualiter, ut p̃dicare, corrigere, uisitare, orare & huiusmodi quæ sunt actus spũales.

Annexum spũali etiam dicit dupliciter scd'm Thõ. in q̃rto, Vno modo quia dependens a spũali, ut habere Ecclesiastica benefitia, quia non competit, nisi habenti offitium Clericale, Alio mõ, quia ordinat ad spũalia ut ius Patronat9, ius Decimale, uasa sacra & similia. Sub p̃cio autem cõp̃hendit omne munus temporale, quod pecunia æstimari potest, ut munus a manu, a lingua, ab obsequio. Dum ergo pro illis spũalia conferunt, ut horũ intuitu, Symonia committitur Et ita patet iam declaratio diffinitiõis Symoniæ.

Sed cũ dicit, spiritualia dari ꝑ tépo-ralibus, seu intuitum téporalis. Notanda est regula, quam ponit Petrus de Aliaco Cardinalis Cameraceñ, quã repetit Gerson in fine Tract. de Symonia ꝙ quadruplex potest esse intuitus ad commodũ téporale in datione & ministra-

tione

tione spiritualium. Primus intuitus potest referri ad cõmodũ tẽporale tanq̃ ad pretiũ rei spiritualis, quasi sit adeq̃tio ualoris unius rei ad alteram sicut est in emptione & uenditiõe in ciuilibus. Secũdo potest fieri intuitus ad cõmodum tẽporale, tanq̃ ad motiuũ principale dandi uel ministrandi spiritualia, uel tanq̃ ad finem ultimũ, in quo sistit intuitus spiritualia cõferentis uel recipientis. Tertio potest fieri intuitus ad cõmodũ tẽporale tãq̃ ad motiuũ minus principale. Quarto potest fieri intuitus ad cõmodũ tẽporale tanq̃ ad rẽ debitam iure diuino. Pro sustentatione illius qui spũalia subministrat. Iuxta doctrinam Christi Luc.10. Dignus est operarius mercede sua.

His premissis ponit̃ conclusio prima, Sacerdos rependẽs spiritualia, & accipiens tẽporalia intuitu tercio uel quarto, id est tanq̃ ad motiuũ minus principale, uel tanq̃ ad rem debitam ꝓ sustentatione, excusat̃ a symonia, quia nõ cõmutat spirituale ministeriũ, scilicet orationẽ uel missam pro tẽporali ex obligatione quasi ciuili uel legali, tãq̃ sit uera cõmu-

mutatio unius ꝑ alio, appreciati pro ꝑe-
cio, immo talis appreciatio scd'm ualo-
rem inter hec fieri non potest, quia spi-
rituali bono, cunctæ opes terrenæ per e-
quiualentiā cōparari nō possunt. Neq;
cōmutat sacerdos ꝑ tēporali laborē suū
corporalē, quia non est uerisimile, ait
Scotus, ꝙ aliquis tātum daret pro labo-
re corporali habito in illo actu, immo
neq; in corporalib9. Ergo talis sacerdos
nō est symoniacus.
Sed quomodo tunc celebrabit sacerdos
pro pecunia uolens cauere sýmoniam?
quomodo intentionē suam rectificabit,
ne si lumen intentionis scilicet oculus,
quod in eo est, tenebræ fuerit, totū cor-
pus actionis suæ cōtenebrescat? Respon
deť. Tripliciter id fieri potest. Primo se-
cundū Scotū, ut celebret pro tēporalib9
tanq̃ ꝑ aliquo sibi libere oblato, cū mē-
dicatione orationis & spūalis suffragij.
Sic eñ tenebitur recipiens oblatum il-
lud bonū tēporale scd'm iusticiam exau
dire mendicantē spiritualia, qui tēpora
lia contulit ex iusticia, & recipiendo tē-
poralia, se obligat liberaliter, hoc est, si-
ne cōuentione & cōmutatione ad orā-
dum

dum ꝑ benefactore. Vnde(exempli gratia) religiose uolens facere institutionē alicuius anniuersarij perpetuo, die certo peragendi in aliquo collegio seu monasterio, dicat. Assigno uobis talem uel talem agrū, domū, aut decimā, & peto ut anniuersarium ꝑ me & amicis meis taliter peragatis. Ex hac receptione liberaliter donata, cum petitione suffragij, secūdum iusticiam surgit obligatio ad audiendū preces cum dato huiusmodi porrectas.

Secūdo sic rectificabit sacerdos suā intētionem, ut nō impendat spirituale propter pecuniam, tanquā propter finem principalē, sed tanquā ꝓpter finem minus principalē & secundariū, referendo intentionē ad suam sustentationem, ut nūc aut postea liberius occupari possit circa spūalia exercitia. Ita ut finis seu intētio principaliter sit gloria dei, & salus animarum per spūale opus ꝓmouēda. Cui ut possit insistere, pecuniam potest recipere, quia sine tēporalibus spiritualia diu subsistere nō possunt in hac mortalis uitæ miseria, Recipiat igitur non tanquā pretium spiritualis operis, sed tanquā necessa-

cessarium decentis sustentationis.

Corrolarie sequit᷑, Quod ecclesiasticus offitians ex debito benefitio suo, sicut frequētando horas canonicas, uel mortuoꝝ exequias, nō ideo cōuincitur symoniacus, si recipiat, aut recipere intendat distributiones tēporales assignatas illis, qui talibus assistunt officijs, etiam dum aliquādo sub hac intentione mercedis, uadit ad aliquod offitium ecclesiasticū, alias pro tūc nō iturus, Patet hoc quia nō refert illa tēporalia in aliud, nisi in sustentatiōē incōgruā, quā alias habere non posset, Congruam dico, ꝗ suo officio, ad dei laudem, & animaꝝ salutem exercendam.

Ex quo patet, ꝙ fallit argumentū multoꝝ. Ille uadit ad chorum ꝓpter pecuniam, alias non iturus. Ille celebrat ꝓpter pecunias, alias non celebraturus, igitur est symoniacus. Sed oportet addere. Facit hoc ꝓpter pecuniam principaliter. Hoc autē non facit, qui refert actum suū ad dei honorem, & pecuniam in sustentationē sui, quatenus sic spiritualibus officijs melius possit intendere & uacare.

Attendat tamen quilibet diligenter, ne menciatur iniquitas sibi, ut non ex auaritia & cupiditate per talia spiritualia opa sibi multiplicet diuitias plurimas & superuacuas, & pter necessarias, pompam & curam carnis nō spiritus agat in delicijs. Et si principaliter uadit ad horas canonicas p denarijs, grauiter peccat & mentalē symoniam cōmittit.

Tercio, intentionē suam rectificabit celebrans p bono tēporali, quasi p mercede & premio minus principali sibi debito iure diuino & naturali, p sustentatione uitæ corporalis, secūdū regulam Christi & Apl'i, Dignus est operari9 mercede sua, Luce. 10. Et. 1. Chorin. 9. Qui altario deseruiūt, cum Altario participāt. Nemo militat suis stipendijs unq̄. Si nos uobis spūalia seminam9, magnum est, si nos uestra carnalia metam9? Ita & Dn̄s ordinauit his qui Euangelium anunciant, de Euangelio uiuere. Viuere dicit Apl'us, non luxuriari. Sic ergo, ex debito ministrationis spūalium suffragiorum, iustū est ut ministranti spūalia, corporalia redonentur.

Vnde dicit Gerson de Simo. ppositione

ne.5.Obligatus ministrare spũalia & mi nistrans ea, habet uerũ ius & ptãtem reci piendi temporalia absq; hoc q̄ mẽdicet ea. Et sub hac intẽtione, licet min9 prin cipali potuit uel potest obligare se ad ministrandum spũalia & pro mercede uel stipendio, aut cibo & sua sustentatio ne recipere temporalia.

Conclusio scda, Quãdo quis dat uel ministrat spũalia. Primo uel secundo intuitu, p̄dicto, id est, referendo ad cõ modum temporale tanq̄ ad p̄cium rei spũalis, uel tanq̄ ad motiuũ principale dandi uel ministrandi spũalia, semp est Symoniacus.

Quæstiones breues magis communes de Symonia.

Vtrum offerens bona sua Ecclesiæ ut efficiat̃ Canonic9, & ex illis bonis post modũ instituat̃ sibi p̄benda, sit Symo niacus? Rñdet̃ q̄ sic, Secus si pure & li beraliter donasset, & post humiliter pe teret admitti in Canonicũ & retinere p̄ dicta in p̄bendam, & Clerici pure cõsen tirent, quia tunc liceret. 1. Quæstio de Canonicatu

Si Sacerdos Parrochialis non habet sumpt9 necessarios, utrum poterit sine 2 Quæ: de Parochis

 symo

Symonia exigere aliquid pro spūalib9 ? Rñdeť scd'm Panor.ꝙ si potest aliunde sibi honeste uictum querere, puta scribẽdo & huiusmodi, sic non potest exigere sed laborare debet manibus. 91.distin.c. Clericus. Si uero non potest, tunc Episcopus debet sibi prouidere, uel popul9 potest compelli ad p̄standum sibi necessaria pro uictu, & facit Glo. bona in c. Omnis Christian9 de conse. dist. 1. quæ dicit ꝙ potest subtrahere Sacramenta populo, nisi oblationem faciat.

3 Quæ. de Baptismo

Vtrum possit sine Symonia aliquid dari Presbitero pro Baptismo, qui non uult aliter Baptizare? Rñdeť ꝙ in adulto, Non, quia ꝑpter contritioné potest saluari, Ar. ca. debitũ, & quod ibi notať de Baptismo, & in c. ij. de Pres. no. Bap. Sed pro infante sunt Opiniones, Aliqui ut Tho. ij. ij. Et Petr9 de Palude in quarto, & Glo. in c. Baptizandis. 1. q. 1. dicũt, ꝙ non licet, quia nõ sunt facienda mala ut ueniant bona. Sed Panor. & Rich. & Landul. in q̃rto dist. 15. reputant ueꝝ in adulto quia bona uoluntas ei sufficit in tali casu. Sed qñ quis habet puerum, & non reperiť alius qui possit Baptizare,

re, uel sciat, ut puta, quia est mutus, uel non habet manus ille qui querit q͞p baptizet̃, nec alium habet, q͞p tũc licite dat, quia non emit spũale, nec hoc debet intendere, sed remouere uexationẽ & impedimentum, & debet intendere emere temporale. scz aquam solum, Et hoc tene.

Vtrũ uasa sacra, & sacræ uestes possunt uendi. Rñdet̃. Licet ista sint annexa spirituali, tamẽ uendi possunt sine Symonia, non habito respectu ad formam cõsecrationis, scd'm Rich. in Quotli. ij. q. 22. ita tamen q͞p alteri Ecclesiæ in eadem forma uendant̃, sed p̃sonæ sæculari nõ licet uendere, nisi redacta uasa in pristinam massam. Et idem dicendũ de uestibus sacris, q͞p alteri Ecclĩæ uẽdi possunt. 4 Quaestio de vasis et vestibus sacris

Vtrum reges & principes & alij recipiẽtes pecuniã ut consentiant electioni seu promotioni ad aliquã dignitatem, uel prelaturã, sint symoniaci? Respondet̃ scd'm Panor, q͞p sic, & tenẽtur restituere illi ecclesiæ de cuius prelatura agebatur, licet nõ esset de bonis ecclesijs. uide Angelũ in summa & allegat. 5 Quaestio de regibus

Quid si clericus pro p̃cio uigilet ad de 6 Clericus vigilans ad defun:

 functũ

functum & dicat Psalteriũ? Respondet Hosti. ꝙ si fecit pactũ ꝓ eo legere Psalterium, symonia est, Si auté ꝙ uigilaret non est symonia, licet scit tacite ꝙ debeat legere psalterium. Art. de ꝑbend. c. significatũ, quia sic uendit laborem, qué non teneť impendere.

Quid de fraternitatibus ita constitutis, ꝙ nullus recipiať ad eas, nisi promittat. uel iuret, ꝙ annuatim soluet. 10. denarios. Respõdet Ray. ꝙ fiat ꝑpter causam honestam, puta pauperibus alendis captiuis redimendis & huiusmodi, non est ibi symonia, immo licite sunt, & qui eas despicit anathematizandus est. 42. Dist. Si quis despicit & art. 16, q. 7. sane. Rodo. tamé dicit, ꝙ si statutum est sub forma negatiua, nõ licet, quia excludit pietatem, sed sub forma affirmatiua licet, scilicet. ut quisquis fuerit receptus, det tantũ. Sed nõ placet ꝙ fiat iuramétum propter periculum periurij.

Quæ pœna symoniaci? Respondetur, quadruplex, Suspensio, depositio & infamia, si de hoc in iudicio constiterit. Excõmunicatio papalis, & quarta, ꝙ ꝑcipitur sub pœna excõmunicationis la

tæ

tæ sententiæ omibus ꝙ si suut Romæ te nenť reuelare symoniacos etc. Vide alibi plura de his.

Exclamatio contra Symoniam & ambitionem.

Proh dolor, Væ symoniæ quæ ex ambitione prouenit. quam iam nō erubescunt, nō iā ei9 sentitur fetor, nec fungitur, quia omnes ea infecti. Bernhar. de consideratiōe. Plena est inquit ambitionis ecclesia, hinc est ꝙ impudenter litigať pro episcopatibus, prelaturis, prebendis etc. Bis eam domin9 de templo eiecit, & ecce quomodo excreuit? ? Sed tertiam peremptoriam expulsioné faciet, ille qui dixit. gratis accepistis, gratis date Matth. 10. Bernardus

Refert Dionisius Carthusianus, ꝙ legiť de quodam abbate Cisterciēsis ordinis, ꝙ diuinitus fuit cuidam personæ reuelatum de illo, ꝙ symoniace esset abbatiā adeptus, quia electione instante fratribus ipsum consulentibus, an de domo deberent eligere, consuluit ut unum eligerent ex conuentu domus suæ, quia ꝓbabiliter estimauit, ꝙ si unum e domo sua eligerent. non eligerent nisi ipsum, exemplum

qui cõuentualis fuit eoꝝ,quo cognito;
abbas ille resignauit offitium.

6 Sacrilegi Sexto peccant contra hoc preceptũ sep-
timũ,sacrilegi,Sacrilegiũ est surreptio
rei sacræ in loco sacro,ut de tẽplo, alta-
ri,aut rei sacræ de loco nõ sacro, uel rei
nõ sacræ de loco sacro.Et iniquitas hæc
in sacra scriptura legit grauiter punita.
Siquidẽ Iosue.7. scribit. ꝙ postq̃ Iosue
totam p̃dam urbis Hiericho captæ, cõ-
secrauerat Dño, uetueratq; aliquid a
quopiã inde sumi in proprium usum.
Achan unus ex filijs Israel furtim sustu
lit aliquam pecuniam & uestes in ꝓpri-
um usum,& occultauit. Qui postea sor
te deprehensus,lapidatus est iubente Io
sue a populo,& om̃is substãtia ei9 igne
consumpta. Et,2. Macha.3. scribit de
Heliodoro principe Antiochi ꝙ missus
in Hierusalem ad spoliandũ templum,
& illud attentans,grauissime fuit diui-
na uirtute flagellatus, & deportatus ex-
tra templũ. Quasi semimortuus, & ita
templũ mansit illesum.

7 emptores et uenditores Septimo peccant cõtra hoc preceptum
qui proximũ suũ scienter damnificant
per iniustã & frauduletã emptionẽ aut
uen-

uenditionem. Fit autē huiusmodi emptio iniusta aut fraudulēta tripliciter, scd'm S.Tho.ij.ij.q.77.& scd'm Sco.in q̃rto,dist.15. Primo si fraus committat' in substantia rei uēditæ, ut cū quis rem unius speciei scienter uendit pro re alterius speciei, aut pro re substantiæ min9 p̃ciosæ, ut Auricalcum pro auro, aut aquam pro Vino, aut denarium cupreū pro argenteo uel aureo. Secūdo fit emptio fraudulenta, si fraus committat' in q̃ntitate quæ per mensuram cognoscit', siue mensuret' res p pondus siue p mensuram crassam in liquidis uel aridis. Vt si quis in uendendo utit' scienter defectuoso pondere, aut defectuosa mensura, aut defraudat in numero, & sic ꝓximum damnificat. Vel si utit' iusta mensura, iniuste tamē mensurat cum ea, ut quia nō replet eam, nec replere uult etiam ad instantiam ementis. Hij omnes grauiter peccant, & tenent' ad restitutionem. Tertio fit emptio iniusta cū fraus cōmittit' scd'm qualitatem rei, puta, cū quis animal infirmum uendit q̃si sanū sit, aut Vinū corruptū uel mixtum, q̃si purum, aut crocum falsificatū uendit ꝓ

fraus in vend: et empt

in mesura

recto & puro etc. In omnibus his uenditor, qui scienter per talia ꝓximũ defraudat & damnificat, peccat contra hoc p̃ceptum, & tenet̃ ad restitutionem.

Et quod dictum est de uenditore, est similiter intelligendũ ex parte emptoris. Contingit em̃ quãdoq; uenditorem credere rem suam esse minus p̃ciosam q̃ntum ad speciem, sicut si quis aurum uendat loco auricalci, emptor si illud cognoscit, & solum tanq̃ auricalcũ emit & soluit, defraudat uenditorem, & peccat contra hoc p̃ceptũ, & tenet̃ ad restitutionem. Aut si quis simplex peregrinus credens Equũ suum ualde infirmũ, exhibet eum uenalem, & emptor astut9, q̃uis noscat defectum esse paruũ, aut forte p noctem sanabilem, & tamen emit eum pro paruo p̃cio q̃si ualde infirmũ, ille scienter & iniuste dãnificat ꝓximũ suum, & peccat contra hoc p̃ceptum, & tenet̃ ad restitutionem. Eadem ratio est de damnificante alium scienter in q̃ntitate continua uel discreta rei emptæ. Et dixi notanter, qui scienter damnificat, quia si emptore aut uenditore ignorante aliquis p̃dictoꝝ defectuum in re

ipsa

ipſa fuerit, uenditor carius uendendo, aut emptor leuius emendo q̃ res ualeat non peccat. Excuſat̃ eñ p ignorantiam. Tamen cũ hæc damnificatio ad ei9 notitiam puenerit, tunc tenetur ſatisfacere parti damnificatæ.

Octauo peccat Iudex, qui ex cupiditate, timore, odio, amore, aut ex q̃cunq; alia cauſa ſcienter, male iudicat, & ſententiam fert in damnũ ꝓximi ſui. Et tenetur illi quem ſic iniuſte leſit ad omne intereſſe, Similiter intelligendum eſt de illo qui licet ſit ignarus, & ad talem cauſam iudicandam inſufficiens, tamen p̃ſumit eam iudicare, ſine conſilio alioꝝ magis peritoꝝ, & ſic contingit eum per ignorantiam iniuſte iudicare & ꝓximũ damnificare. Peccat eñ talis contra hoc p̃ceptum iniuſte iudicando, & tenetur leſo ad reſtitutionem. Eodem modo dicendũ eſt de illo qui ſufficiens fuit ad iudicandum, ſed neglexit adhibere diligentiam debitam, quia non ſtuduit & uidit, quæ ſtudere & uidere debuit, & ſic ex ſua negligentia male iudicauit in proximi leſionem. Iudex

Videant illi qui accipiunt munera ad ſub-

subuertendũ iuditium. Quod acerbe re prehendit dñs per Esaiam cap. 5. dicẽs. Qui iustificatis impium ꝓ muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Et id circo precepit dñs populo Israel Deut. 16. Nõ accipies ꝑsonam nec munera quia munera excecant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum.

Esa. 5

Aduocatus & procurator, &c.

Nono peccat cõtra hoc preceptum aduocatus aut ꝓcurator qui sciẽter defendit causam iniustam, ut dicit Tho, 2. 2. q. 62. quia iniustum & illicitũ est scienter alicui cooperari ad malum, siue cõsulendo, siue adiuuando, siue qualitercũq; cõsentiendo. Vnde ad Roma. 1. dicit Apostolus, digni sunt morte non solum qui faciũt, sed etiam qui consentiunt facienti. Tenet etiam ad restitutionem eius damni quod contra iusticiã ꝑ eius auxilia, altera pars incurrit. Si uero in principio credit causam esse iustam, & in ꝓcessu apparet sibi iniusta. Debet causam deserere sine aduersarij dãno, ut dicit Tho. ubi supra.

Similiter peccat aduocat9 aut Procurator si parti bonam causam aufert, aut eam grauat uel damnificat in expensis, aut

aut impedit in consecutione iustitiæ,p hoc q petit dilationes supfluas,aut producit scienter falsa instrumenta,aut falsos & corruptos testes,aut inducit falsas Leges,aut quascũq falsas ꝓhibitiones. Et tenet parti aduersæ quã sic iniuste lesit ad restitutionem omniũ,quæ per ei9 iniustum patrocinium amisit.

Eodem modo intelligendũ,q aduocatus huiusmodi aut Procurator parti suæ,cui auxilium pstitit,tenet ad restitutionem omniũ, quæ iniuste amisit ꝓpter suam infidelitaté, aut negligentiã aut ꝓpter suam ignorantiam,si saltem se dicebat aut iactabat scientem, cũ talis non esset.

Simili modo puto intelligendũ,de quolibet Artifice, ut Sartore, Pellifice, scripturæ etc,qui per suam infidelitaté, negligentiam,aut ꝓpter suã ignorantiã damnificat hominem in re sua. Artifex

Nono peccant contra hoc præceptũ Dñi,qui a subditis suis per iniustas Talias,aut exactiones indebitas,supfluas, insuetas,subditos suos grauãt,& ab eis temporalia exigunt. Sunt tamen aliqui casus scd'm Raym. & Hostieñ,in quibus lici- Dñi Sub- ditorum

licitum est dominis ultra censum debi-
tum & consuetum exigere a subditis, a-
liquod subsidium, moderatum tamen.
1 Primus est pro defensione patriæ. Secũ-
dus si dñs uadit ad bellũ iustum a Prin
cipe uel Rege uel Ecclesia indictum, nec
sufficit ad expensas, potest petere a sub-
ditis subsidium. Tertius si in bello iusto
fuerit captus ab hostibus, & non suffici-
at se redimere absq; graui damno. Et si
qua alia causa similis emergat, potest pe
tere moderatum auxilium. Si uero dñs
extra tales & similes causas rationabiles
ultra consuetum exigere uellet, tenetur
ad restitutionem.

10 Decimo peccant, qui census & tallias
consuetas & Telonea, Vectigalia & simi
lia iuste instituta aut ab antiqua cõsue-
tudine, cuius contrariũ nõ est in memo
ria, introducta, non soluũt, sed in toto
aut in parte dominis subtrahunt frau-
dulenter & tenenť ad restitutionem, Si-
militer qui Parrochiano Sacerdoti, &
aliis subtrahunt iura, ipsis aut eorũ Eccle
siis debita, ut qui non soluũt decimas fi
deliter, aut oblationes consuetas, tenen
tur ipsis ad restitutionem.

Vns

Vndecimo qui Thelonea iniusta im- Thelonei
ponunt, de quo nota aliquas ꝓpositio-
nes. Prima ꝓpositio. Si Theloneum est 1 Propo
nouum, nisi sit certum esse institutum a
Principe, ꝓpter imminētem necessitatē
rapina est, & tenenť ad restitutioné secū
dum Ray. Et sunt excōicati. Scďa ꝓposi 2 Propo
tio. Si Theloneū sit nouū a Principe in-
stitutum, uel etiā antiquū qď sciť uel cre
diť impositū ab his qui potuerunt, uel
non extat memoria, tunc si est ex iusta
causa impositū, utputa, pro defensiōe
uiæ publicæ contra prædones, uel ꝑ de-
fensiōe fidei, patriæ, contra paganos uľ
Hæreticos etc, licitū est. Etiā si non face-
ret tūc expēsas, quia nō est necesse, quia
terra est bene purgata a latronib9, para-
tus est tñ, si necesse sit. 24. q. 3. Si quis Ro
mipetas. Et. 12. q. 2. ca. uobis em̄. Tertia 3 Propo
ꝓpositio. Si Theloneū non sit authori-
tate Principis inductum, uel etiā si non
facit illud ꝓpter quod est institutū, rapi
na est, & teneť restituere uel si alij non
sunt pauperibus erogare.

Quarta ꝓpositio. Imponentes tallias 4 Propo
nimias in ꝑsonis uel rebus, uel im ꝓpor-
tionatas, rapina est. Tho. ij. ij. q. 66. Et si-
mi-

militer dicendū de exigentibus à subdi
tis seruitia indebita. De talib⁹ omnibus
dicit̃, Ezech. 22. Principes in medio ei⁹
q̃si Lupi rapientes p̄dā. Roboā Rex Iu-
da qui uoluit alleuiare iugū exactionū
graue, quod Salomon pater eius impo-
suerat populo, ad continuandā pompā
& iactātiam curiæ suæ, amisit decem tri-
bus. Qui autem exigebat p eo tributa.
lapidatus est a populo. 3. Reg. 12. Quin
ta ppositio. Si quis exigit Theloneum a
rebus proprio usui deputatis, & non ue
nalibus, illicitum est. Similiter si a Cle-
ro exigit etc.

Laboris precium Duodecimo peccant cōtra hoc p̄ceptū
qui detinent mercedē eoꝶ qui labora-
uerunt in aliquo opere, & non persolui
tur eis quod iustū est. Contra illud pre-
ceptum dn̄i Leuit. 19. Non morabitur
opus mercennarij tui apud te, usq; ma-
ne. Et beatus Iaco. cap. 5. Cōtra diuites
detinentes mercedē paupeꝶ, clamat a-
criter his uerbis. Ecce merces operarioꝶ
qui messuerunt regiones uestras, q̃ frau-
data est a uobis, clamat & clamor eoꝶ
in aures Dn̄i Sabaoth introiuit.

Famuli Terciodecimo peccant, famuli & famu
læ

læ; qui bona dominorum aut dominarum infideliter dispésant, alijs aut sibijpsis inuitis dominis appropriando. Aut qui nimis laute in pprios usus absumunt. Vel etiã qui de bonis dñorum suorum, ipsis inuitis elemosynas faciunt, ut dicit Tho. in .4. Dis. 15.

Quartodecimo, uxores quæ bona uirorum suorũ furanẽ, aut ea maritis nesciẽtibus uel nolentibus nimis sumptuose cõsumũt in usus proprios, uel etiam de ipsis uirorum bonis eleemosynas faciunt, contra eorum expressam uolũtatem. Et dico notanter, quæ bona maritorũ etc. Quia scdm Tho. & Ray. Si uxor habet ppria bona pter dotem, quæ dicunẽ parafernalia, aut si est lucrosa, ita q̃ expleta debita domus gubernatione, operibus suis lucreẽ, uel quocũq; alio modo licito habet ppria, de istis potest facere elemosynam & similia, irrequisito etiam marito. De rebus etiam uiri sui cũ dispensatiõe cõmissis, ut de pane, uino, & sic de alijs, potest facere eleæmosynã, dum tamẽ fiat moderate, q̃ egestatem marito non inducat.

De pdiga uxore. S. Basilius Ser. de auaritia

pulchra exclamatio S. Basilij

ritia dicit sic. Iam proh dolor, non uestium aut ciborum causa, multis affectant opes, uerū quædam est dyaboli uia, ad suggerēdas diuitibus mille sumptuum inaniū occasiones, ut ea quæ ad superflua, & ad rem pertinentia non sunt, ꝓ necessarijs & honestis ducant. Ex quo ad erogandorꝫ opinionē. nihil satis, homines huiuscemodi habent. Substantiā nāq; in p̄sentē ac futurū usum diducūt, primū sibi, scd'm filijs accumulant, rursus eandem in sumpt⁹ uariosq; usus ꝓ statu & ordine cuiuslibet diuidunt. Pulchra supellex, ædifitia, excogitant, mille currus, auro argētoq; onerant. Quid si uxorem auarā insuper duxeris. Duplex tibi morbus creuerit. Nugas hæc & delicias ardet, uoluptatis illecebras tibi augebit. Circa margaritas, smaragdos, aurum, eius cura cōtinua, hunc digitis aptat, illum uestibus intexit. Nullus muliebri cōcupiscentiæ satis thesaurus, Non si e fluminib⁹ fluxerit. Ornāda ceruix, manus, pedes, manicæ. Tam uarijs igitur uoluptatū intentionib⁹ uxores captæ, sæpe uiris furantur, & faciunt contra hoc preceptum.

Quin

Lusores graviter peccant

Quintodecimo peccant cõtra hoc p̃ceptum, lusores qui ludunt ludos ꝓhibitos, ut sunt ludi aleæ siue taxillorũ, uel aliorum ludoꝝ fortunæ innitentium, qui ludi per se sunt peccatũ auaritiæ, & spicies rapinæ, quia in eis, ut in pluribꝰ est uoluntas spoliandi. De hoc igit̃ ludo. Primo ostendamus eius malignitatem. Secũdo dicemꝰ de participantibus malignitates talium ludoꝝ. De primo multæ malignitates de tali ludo oriuntur, quæ om̃es sunt culpæ magnæ.

Prima malignitas desiderium lucrãdi atq; uincendi. Nam per ludum, tanto desiderio atq; ardore ad auaritiã, cor ludentis accendit̃ ad ludendum, ut incredibiles stulticias & impietates patret. Vt denarios habeat ꝓ desiderio suo. Audiuimus quendã lusorem, qui quũ cætera amisisset in ludo, lusisse ꝓ dentibus, atq; eos sibi extrahi sustinuisse. Alium quoq; bis inludo uxorem amisisse, illã quoq; uoluisse tradere uictori, nisi a mulieribus custodita fuisset. Nec mirum ꝙ tales dementias ex cupiditate operant̃. quũ Apostolus. I. Thimo. 6. dicat. Radix omniũ maloꝝ cupiditas.

Secũda malignitas est uoluntas spoliã-
di, Ecce rapina, sed domestica. Nã si ad
ꝑdones, ad ꝑdones aliquis ꝓclamaret,
nullus lusor fugeret, quia est domestic9
ꝑdo, quia ut uerius dicam proditoriæ
hæc rapina perpetrat, Nam simul bibẽ-
do & comedendo quãdoq; cõmitti so-
let. Quãta autẽ crudelitate talis cõmit-
tatur rapina, ludentis intentio manife-
stat, & sæpius ipsum opus. Conat em̃ lu
sor socium spoliare usq; ad corp9 nudũ
quod non facerent quãdoq; ꝑdones.

Tertia malignitas est usura maxima,
quæ non solum attendit in anno, uel in
Mense, sed etiam in eodem die. Vnde
extra de excess. Prælatoꝝ c. inter dilectos
cõdemnat quidã, qui. 11. denarios mu-
tuarat in ludo.

Quarta malignitas, est multitudo, ꝑ-
nitiosoꝝ mendatioꝝ, & ociosoꝝ uerbo
rum atq; nugarũ, quæ in talibus Ludis
frequẽtant, de quibus in die Iudicij lu-
dentes habent reddere rationem, ut. 22.
q. 5. c. quotiens. Nam Matth. 12. dicitur
Omne uerbum ociosum quod loquuti
fuerint homines, reddent inde rationẽ.
Quinta malignitas est quia Ludus bla-
phe-

sphemiæ fons est atq; origo piuriorum, O quot fiunt blasphemiæ in Deum,& sanctos eius?

Sexta corruptio iuuentutis & aliorū qui ad ludum inspiciendū ex mala consuetudine astant.1.Chorin.15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Addit Bernhar.multo magis opera praua.Et.6.q.1.c.marito dicit. Deteriores sunt qui uitam moresq; bonorū corrūpunt,his qui substantias aliorū pdiaq; diripiunt.

Septima est,contemptus phibitionis sanctæ matris ecclesiæ,cui quidē nō obedire pctm̄ Ariolandi atq; Paganitatis patrare est,dist.72.c. Si qui. Quod autē Ludi Taxillorū & Alearū phibiti sint, habet.35.dist.c.Episcopus. Extra de.fi.& ho. Clericorum c.Clerici in Tex.& in Glo.sunt de Aleator.p to.in aut.de sanctis Episcopis.§.Interdicim9.Ludus autem Aleæ cōmuniter intelligit omnis Lud9 qui in initur fortunæ uicibus secundum Rodo.

Octaua est amissio temporis atq; omnium bonorū quæ in illo tempore facere possent, Nec aduertunt tales quā sit

tempus p̃ciosum, quam breue, quam irreuocabile. Bernhar. Maxima est iactura temporis, dum illud o homo perdis, quod ad diuinam gratiã ꝓmerendam, augmentandam & conseruandam, miseratio diuina tibi concessit. Et addit, ꝙ sicut nec Capillus de capite, ita nec momentum peribit de tempore de quo scꝫ non oporteat reddere rationem.

Nona, iræ & rixæ & inde sæpius Homicidia subsequuntur.

Decima, desperationes insane, multos audiuimus ex Ludo huiusmodi desperatos, ad laqueum cucurrisse. Alios animas diabolo tradidisse seu deuouisse.

Qua igit̃ tanta Ludorũ extat malitia fugiendi sunt ludi huiusmodi, Lusores autem ad duo grauissime obligantur. Primo ad uere pœnitendum. Scd'o ad satisfaciendum de impijs Lucris de ludo adeptis.

Circa quod aduertendũ scd'm Bona. Innoc. Hostien. Raym. etc. Quod circa restitutionem eoꝶ quæ ueniunt ex Ludo, distinguendũ est. Quia aut Lusor uoluntarie & ex cupiditate lusit, & tunc si

ſi amiſit, repetere non poteſt. Si autem lucratus eſt ſaltem in iuditio animæ ſatisfacere obligaẽ. Aut luſit inuitus & tractus per uim, & nimiam alterius importunitatem, & tunc ſi amiſit, poteſt repetere, Si autem lucratus eſt, non teneẽ pdenti reſtituere, eo ꝙ reſtitutio non cõpetit illi, & hoc in uindictã peccati, ſed debet pauperibus erogare, Ar. ad hanc diſt. 14. q. 5. ca. Non ſane, & extra de Simo. dilectus. Niſi ex gratia uellet pdenti reſtituere.

Scd̃o dicamus de participantibꝰ malitiam Ludoꝝ. Nec modo ipſi Luſores grauiſſime peccãt, ſed multi ſunt & alij qui participant ludi malignitates. Primi ſunt parentes luſorũ, ſi pmittunt & non ꝓhibent quum ſint obligati, aut ſi participant de lucro filiorum, Similiter uxores quæ Maritos non monent ut a Ludo abſtineant, uel quæ de Ludo participant.

Secũdi ſunt, domos & loca ad ludendũ accomodãtes qui omniũ malignitatũ, q̃ ibi fiunt cauſa efficaciſſima dici poſſunt. Quod atteſtantur ipſæ iuſtitiæ leges, quas ædiderunt zelotes imperato-

res in pœnam eorũ per quos ad ludum domus accomodanť. Nam hoſpes luſores tenens, priuať actione iniuriarũ, ut ff. de aleato. l. prima, ſtatuiť. Qđ ſi quis eum apud quẽ eſt in alea luſum uerberauerit & dãnificauerit, ſiue ei aliquid qñ ludebať ſubtractũ dolo fuerit, iuditium nõ datur. Quod ſcđm Azonem intelligi debet de eo qui conſueuit luſores Aleæ cauſa ſui emolumenti retinere. Sec9 ſi incidenter apud aliquem luderetur.

Origiť fons tot iniquitatũ, periuriorũ & blaſphemiarũ maledicta alea. O domus prophana & oĩni ſcelere plena. O nummi impietatis & cõſumatæ iniquitatis, quæ ex tua locatione ꝓcedunt.

Tercij participantes malignitates ludi ſunt qui faciunt taxillos, aut uendunt, aut accomodant, ſimiliter Carthas, uel pecuniam accomodant, omniũ maloꝝ quæ inde oriunť fiunt participes. Nam qui occaſioné damni dat, damnũ dediſſe uidetur. O infœlix & miſerabile lucꝝ pro tam uili ꝑcio perdere cœlum, dum tale opus exercitať, de quo nil niſi malum procedit.

Angelus in ſumma, Tit. ars. § .2. Ex hoc

hoc inquit patet quid sit dicendũ de artificib⁹ qui faciunt taxillos, chartas, pópas, curiositates & huiusmodi, quæ ut frequentius sunt mortale peccatũ illis qui eis utuntur, quia nõ possunt absolui, nisi a tali arte abstineant. Baptista in summa sua Rosella nuncupata. titu. negociatio. §. 5. dicit. Quid de factoribus taxillorũ & alearum & huiusmodi? Respódeo scd'm. ℞. quia ludus taxillorum ut frequentius peccatũ mortale est ideo non est licitum uiuere de artificio taxillorũ, facientes auté chartas, an excusant, uidet dicendũ q̃ non, & uidet esse eadem ratio sicut & de taxillis, quia frequentius homines illis abutuntur, hæc ille.

Artifices taxillorum chartarum alearum ab huiusmodi officio abstinere debent probari

Quarti participañ ludi malignitates sunt, ludere permittentes, & prohibere ac castigare ualentes. Sicũt sunt omẽs dñi ciuitatũ rectores & terrarum, & oés qui uel ex officio. uel ex altero debito, tenent punire lusores, & remouere ludi occasiones, Scriptũ est em̃. 86. Dis. cap. Facientis, facientis ꝓculdubio pœnam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare. Et additur. Negligere cũ

Rectores et alij

tu possis deturbare puersos; nihil est a-
liud q̃ fouere.

Det dominꝰ deus intelligentiā officia-
libus & quoꝝ interest, ut puniant non
modo lusores, sed etiā facientes, aut uē
dentes, taxillos, chartas, & similia, ut fa-
ciunt iusti reip. zelatores, Vt fecit diuꝰ
Ludouicus rex Francorum, qui consti-
tutionē huiusmodi in regno suo fecit.
In qua dicit̃. Inhibemꝰ districtæ, ut nul
lus ad taxillos seu ad aleas, aut chartas
ludat om̃ino, Aleas & decios ꝓhibemꝰ,
& prohiberi uolumus om̃ino, & tenen-
tes ea districte punient̃. Fabrice decio-
rum, taxillorum & chartaꝝ, uolumꝰ ut
etiam ubiq꜄ ꝓhibeant̃.

S. Bernardinus in Concione

Sanctus Bernardinus in cōtione contra
hec predicans addit. Et ut tantū bonū
meliorem sorciat̃ effectum, ex gratia ab
om̃ibꝰ uobis pro munere peto mihi ꝑ
fidos nūcios transmitti omnia talia in-
strumenta, consueta ad talem fortuitū
ludū, sicut sunt tabularia, taxilli, & char
ticellæ, & consimilia cuncta, ut adunata
in simul cū licētia domini Epi mihi cō
cessa. publice cōburant̃. Quod qui fece
rit, participem esse uolo omniū missaꝝ
quas

quas in toto p̄senti Anno dicturus sum Hæc Bernard.

Conclusio de Ludis.

Prima ꝓpositio. Nō prohibitum est Ludere non ex cupiditate & pro cōmuni conuiuio, Sed quia hic sæpe mentit̄ iniquitas sibi, & facile excedit̄ modus, suadeo abstinendum.

Scd'a ꝓpositio. Id quod Torneatores in torneamentis lucrant̄, restituere non tenent̄ scd'm Leges q̄uis peccent mortaliter, exercendo ludum ab Ecclesia tam uehementer ꝓhibitū, ita ut careant Ecclesiastica sepultura occisi in illo. Ratio autem, quod Leges pocius ꝓhibent Ludum Alearū q̄ torneamenta, est, quia in Ludo Torneamenti sunt multi labores qui macerāt carnem, & a turpibus retrahunt, & exercent se, ac artem Militiæ discunt pro defensione Reipu. Sed ꝓpter abusus supuenieñ & crudelitates & uanitates annexas, Ecclesia Ludum illum districte rationabiliterq; ꝓhibuit. Lud9 autem Taxillo℞ otium nutrit, & plurima mala habet adiūcta, nec aliquid utile ibi addiscit̄, & totū exercicium Ludi illius fortunæ cōmittit̄ atq; innititur. Hæc Richar.

Scd'o

Secundo dicendum est de Restitutionibus.

Restitutio est quoddam p̄ambulum ad pœn̄iam, Nam qui aliū iniuste dam nificat, aut aliena detinet, non potest si ne hoc p̄ambulo salubriter pœnitere. Nemo em̄ potest uere pœn̄iam agere de peccatis mortalib⁹, nisi desinat morta liter peccare. Sed detinere alienū inuito dn̄o rei, est mortale pct̄m̄, ut dicet̄, ergo nemo tenens alienū potest uere pœn̄iā agere, nisi restituat actu aut uoluntate scd̄m modum dicendū. Item q̄diu ma net homini unū pct̄m̄ mortale, manent sibi omnia, nec potest unū dimitti retē to alio, sed tenere scienter alienum dn̄o rei nolente, est pct̄m̄ mortale, & illd̄ ma net homini q̄diu tenet alienum, & non uult reddere pro posse, igit̄ q̄diu homo alienū nō uult reddere ꝓ posse, tamdiu nō uere pœnitet, nec aliqd̄ pct̄m̄ sibi di mittit̄, Vnde August. ad Macedonium dicit, Quādiu res ꝓpter quā pct̄m̄ est nō reddit̄, si reddi potest, pœn̄ia non agit̄ sed fingit̄. Si autē ueraciter agit̄, nō di mittit̄ pct̄m̄ nisi restituat̄ ablatum, Nō

ergo

ergo uere homo conuertitur, q̃diu non cessat ab illo pctō iniustæ detentionis, nec aliquod sibi pctm̃ dimittiẽ, & si sic confiteẽ, & sacramentalem absolutioné suscipit, nihil sibi ꝓficit, immo sibi nocet, In hoc em̃ nouum cõmittit pctm̃, ꝙ sacramentũ pœñiæ indign⁹ suscipit scienter, Dat Exemplum Sco. in. 4. dist. 15. de eo qui tenet uxorem alienam. Talis em̃ non est capax pœñiæ. Ita & hic.

Et quia uarĳs modis contingit ad restitutioné obligari, dicemus primo de restitutione facienda in bonis fortunæ. Deinde corporis, iterũ in bonis animæ ac fame, distinguendo per dubia ut dicenda facilius intelligaẽ.

Primo ergo dicendũ de restitutiõe in bonis fortunæ. De quo queriẽ primo, propter quam causam restitutio est faciendaẽ Respondeẽ, Quemadmodũ em̃ per satisfactioné oportet hominé recõciliari Deo, ita & proximo suo. Reconciliatio auté non est aliud, q̃ amicitiæ reparatio. Manente auté causa dissolutionis amicitiæ, amicitia reparari non ualet, Causa auté dissolutiõis amiciciæ fuit inæqualitas causata ex iniusta arreptione

ptione seu detentiõe rei alienæ, ideo ille satisfacere nequit nec deo recõciliari, qui rem male ablatam, aut male detentam nõ reddit. Sed sciendũ, quia ut. 8. Ethicoꝝ ait Phũs. Amicitia nõ semper requirit æquale, sed qđ possibile, ideo si aliqua sint ablata, quæ omnino restitui nequeunt, sufficit uoluntas restituẽdi cum tanta restitutione sicut est possibile, scđm conditionẽ utriusq;, iuxta arbitrium bonorũ uirorum.

Item alia ratio quare restitutio sit facienda est, quia detentio alieni inuito dño est cõtra preceptũ illud, non furtũ facies. Est etiã cõtra iusticiã, est & contra fraternam charitatẽ. Primo dico ꝙ est cõtra dei pceptũ. Nã illo precepto, non furtum facies, prohibet non solũ furtũ, sed etiã rapina, usura. & generaliter oẽ damnũ, quod quis iniuste infert proximo in bonis fortunæ, siue damnũ illud fiat per iniustam ablationẽ siue detentionem alieni. Est etiam cõtra iusticiam, quæ unicuiq; reddit quod suum est, cuius contrariũ facit qui alienum detinet nolendo restituere propossẽ. Est insuper contra charitatẽ fraternã, qua quilibet

debet

debet alteri bonũ uelle & facere. Ille autẽ proximo suo mala facit, cum sibi infert indebita nocumenta.

Secũdo querit᷑, Quis teneat᷑ restituere? Rñdet᷑ ꝙ primo & principaliter ille tenet᷑ qui rẽ abstulit, aut dãnũ iniuste intulit. Et ꝑter illũ sunt multi alij, qui ad restitutionẽ obligant᷑, qui cõprehendũtur in his uersibus.

Iussio, cõsiliũ, cõsensus, palpo, recursus,
Participãs, mutus, non obstans, nõ manifestãs.

Inter quæ quinq; sunt quæ semper ad restitutionẽ obligant. Quorum primũ est Iussio, qua quis iubet alium depredari, alioquin tyranni non astringerent᷑ ad restitutionẽ. Secundũ est, Cõsensus in rapinam aut in aliam iniustã dãnificationem, & hoc in eo sine cuius consensu talis rapina aut alia damnificatio fieri nõ poterat. Tertium est recursus, ut cũ aliquis est receptor larronum & eis patrocinium prestat. Tenet᷑ restituere in solidum cũ illis qui abstulerunt. Quartum est, participatio in crimine, ut dũ quis latroni se sociat ad spoliandum, & partẽ accipit spolioꝝ. Et talis participans in cri-

crimine, tenet in solidum de toto, sed qui participat non in crimine, sed solũ in re accepta. ille solum tenet restituere, quod de re scienter emit, uel accepit,

Quintum est non obstans, dũ quis ex offitio tenet obstare, quẽadmodum principes, qui in terris suis debent seruare iusticiam. Vnde si nõ obstẽt pro posse, tenent ad restitutionẽ eis, qui in eorum territorio spoliantur.

Verum in alijs casib⁹ enumeratis, nõ obligat quis semp ad restitutionem, nisi in casibus certis uidelicet, qñ ꝓbabiliter credit ꝙ consilium suũ fuit efficax, & quod alias iniusta ablatio nõ fuisset cõmissa. Similiter. Non omnis palpo, id est, Adulator tenet ad restitutionẽ, sed qui adulando incitat ad aufferendum, dicendo hoc signũ esse strenuitatis, aut aliquid simile, Conformiter mut⁹ uocatur, qui ex offitio reclamare tenet & nõ reclamat, Nec tamen semp ad restitutionem tenet, nisi operet ut fiat iniusta ablatio, sed debet inducere eũ qui abstulit, q̃tenus reddat. Sicq; non omnis qui nõ manifestat ad restitutionem astringit, sed ille qui ꝓ latrone zelat, & particeps est

est lucri. In omnibus etiam his, si principalis restituit, alij deobligantur a debito restituendi.

Tertio queritur, quid sit restituendũ? Rñdetur, Omne alienũ quod quis iniuste abstulit, aut iniuste detinet inuito dño rei, tenetur restituere.

Circa ꝙ notandum ꝙ tripliciter contingit quẽ iniuste aliena auferre uel detinere. Primo cũ alteri ex causa licita ad aliquid obligatur, & ei non soluit alio inuito, ut cum non reddit depositũ rite deposcenti, Non restituit accommodatum, non soluit mutuum, Non reddit ꝓcium mercennario, aut nõ soluit alias debita, ut sunt Vectigalia, Telonea, census, decimæ etc huiusmodi, ad quæ soluenda quis iuste obligatur.

Scdo cũ quis aliqua iniuste acquisiuit quocũq; modo, siue per rapinam, siue ꝑ usuram, siue per furtum, siue per defraudationem in mensura liquidorum, siue quocũq; alio modo, de quibus dictum est.

Tertio, cum ei aliqd tale datum est in munere aut relictum in hæreditate, aut in testamento, aut est sibi uenditum ab

eo qui ius in eo non habuit,quia res sua non fuit,aut potestatem eam dandi nō habuit, Omne igit̃ tale oportet restituere,alioquin cōtra p̃ceptū agit̃, Et istis addit̃,ꝙ qui alteri iniuste nocuit &damnum in rebus intulit,tenet̃ sibi damnū recompensare,etiam si nihil inde habuit,ut si combussisti domū meam iniuste,teneris mihi ad recōpensationem tocius damni,q̈uis nihil de domo apud te remanserit.

Scd'o dicit̃,ꝙ non solū iniuste ablatū est restituendum sed & fructus ei9,si sit res de se fructifera,ut agri,uinea,Et hoc dicūt esse uerū de possessore male fidei, & de fructibus qui supsunt deductis expensis,quæ fiunt gratia fructuū querendorū,congregandoꝝ,& conseruandoꝝ Si autem ablatū sit res,quæ nō est de se fructifera,ut pecunia,tunc auferens.uel iniuste detinens tenet̃ ad restitutionem equiualentem, & ad recompensationē damni,quod ille passus est ex carentia pecuniæ suæ,Non tamen oportet ꝙ tātum restituat, q̈ntum ille lucrari potuisset cum pecunia,sed scd'm æstimationem lucri qd' accidere consueuit,pensa

to

ro labore & infortuniis quæ in lucro a=
lias accidere potuisset. Lucrum enim non so
lum causatur ex pecunia, sed etiam ex in=
dustria & labore.

Quarto queritur. Cui sit restituendum?
Rndent Doct. quod illi qui est uerus dñs rei
aut qui iniuste dãnificatus est, si est uici=
nus & noscitur, & est præsens. Si uero dñs rei
aut qui iniuste damnificatus est sit uiuus
& noscitur, sed non est præsens, debet expe=
ctari aduentus eius, & tunc sibi restitui,
si scz speratur aliquando reuersurus. Si autem
non speratur reditus eius, tunc si res est
magni ualoris, debet sibi transmitti, si
potest cõmode fieri. Nec obstat secundum
Tho. si remittens damnum in remitten
do paciatur, quia ipse sibi huius damni
causa fuit, per hoc quod alteri suum iniuste ab=
stulit. Si autem sibi transmittere nõ posset
aut si forte res non sit magni ualoris, ut
non possit sibi mitti sine maiori incom
modo, quam res esset sibi utilis si eam habe=
ret, tunc potest eam dare aliquibus co=
gnatis eius propinquioribus, quia præsumitur
Lege naturæ, quod ille uelit magis restitu=
tionem fieri propinquis suis quam alienis. Et
si non haberet cognatos, aut non nosce

rentur, posset rem committere uni cœnobio, cum tali ꝓtestatione, ꝙ sibi reddere teneatur, si unq̃ requisiuerit aut cõparuerit, aut etiam restituat hæredibus eius, si unq̃ tales comparuerint.

Si autẽ dñs rei restituendæ, uel ipse dãnificatus omino incertus sit & ignotus, & non potest sciri, & similiter hæredes eius ignorantur omino adhibita sufficienti diligentia, tunc pauperes sunt hæredes illarum rerũ restituendaꝝ. Nõ em̃ ille iniustus ablator, aut detentor alienarum rerum per hoc deobligat̃ a restituẽdo, nec potest sibiipsi retinere, sed tenetur dare pro anima illius, cui restitutio debebatur.

Si uero dñs rei restituendæ, siue ipse iniuste damnificatus est mortuus, tunc detur hæredibus suis. Quod si nulli sui hæredes sciant̃, nec sciri possunt adhibita sufficienti diligentia, detur pauperbus ꝓ anima sua. Cui em̃ nõ potest tẽporaliter reddi, reddat̃ spiritualiter.

Dices, per cuius manũ debent talia reddi & distribui pauperibus? Respondetur ꝙ per manus confessoris, uel alicuius alterius de cui9 fidelitate cõfidat.

Sed

Sed dicit Scotus, Quod si non inuene-
rit, quis necessario determinatus sit me-
diator in distribuendo illa pauperibus,
uidetur inquit mihi q̄ talis per seipsum
possit pauperibus distribuere, cōsilio ta-
men alicuius boni uiri. Nam posset cō-
tingere q̄ daret tali mediatori, de cuius
fidelitate ipse quidem cōfideret. Atta-
men ille sibiipsi applicaret uel aliis usi-
bus q̄ deberet.

Quinto queritur, quando sit restituen-
dum? Respondetur, q̄ quilibet tenetur
statim restituere alienū, nisi dilationem
uoluntariam habeat, ab eo qui est dn̄s
rei, quia, ut dictum est, sicut est cōtra iu-
sticiam, & contra dilectioné proximi, &
cōtra diuinū preceptum iniuste auferre
alienū. Ita & tenere alienum iniuste, &
ideo est magnū peccatum. Sed constat
q̄ per nullum tépus licet peccatum cō-
tinuare, sed statim dimittere, igitur qui
libet tenetur statim restituere iniuste ab
lata, aut quæcūq; aliena, in quibus non
habet ius, nisi ipse obtineret uoluntari-
am dilationem a dn̄o rei.

Et si obiiciatur, quod rem alienam resti-
tuere, est præceptū affirmatiuum, ergo

obligat semper, sed nō ad semper. Respondet q̄ preceptum hoc, q̄uis scd̄m formā uerborum sit affirmatiuū, implicat tamē in se negatiuum illud præceptum, quo prohibemur rem alterius detinere. Hæc Tho, in summa.

Ab isto tamen excipit Scotus aliquos casus, in quib⁹ scd̄m eum licitū est differre restitutionē exteriorem, dū modo assit interior restitutio, id est firma uoluntas restituendi, quam cito occurrent circūstantiæ opportunæ.

Primus casus est, quādo restitutio ad statim esset notabiliter dānosa cōmunitati, tunc nō tenetur ille statim restituere, quia in tali casu, alter debet uelle restitutionem nō statim sibi fieri, quia debet magis uelle magnū bonum cōmunitatis. Et ideo debet rationabiliter uelle aliqualem dilationem illius restitutiōis boni utilis.

Secūdus casus, quando restitutio esset dānosa ei cui debet fieri, ut reddere gladium furioso, quo mediante se uel alium interficiat. Nec tamen ille qui detinet rem alienam, debet sibi eam appropriare in tali casu, sed reseruare, ut congruo tempore restituat. Ter-

Tertius casus est, quãdo immediata restitutio esset diffamatoria restituentis. Sicut fur occultus nõ tenetur statim de facto restituere, sed potest captare tẽpus, in quo sine sui diffamatione restituat. Debet tamẽ statim habere noluntatẽ restituendi, q̃cito oportunæ potest, & debet ad hoc diligentiam adhibere. Addit etiam Scotus, ꝙ quãdo ablatio fuit occulta, tunc nõ tenetur ablator se prodere, nec tenetur per seipsum restituere, sed potest hoc facere per aliam personã fidelem. Et expedit ꝙ per confessorem, cui prius peccatũ est in confessione detectum, supposito ꝙ sibi credatur de fideliter restituendo, & ꝙ restituat sine furis manifestatione.

Quartus casus est, quando acceleratio restitutionis esset multum damnosa restituere debenti, & breuis dilatio restitutionis, non esset damnosa, uel non multum damnosa, ei cui fieri debet, tũc iterũ nõ tenetur statim restituere de facto, sed habeat firmũ ꝓpositum statim restituendi, cum cessabunt impedimenta hinc inde.

Quintus casus, quando quis est om-

nino impotens ad restituendũ. Talis eñ pro tunc non tenetur, sed postea quũ peruenerit ad pinguiorem fortunam, actio eñ non expirat per inopiam, nec sopit. Et debet talis habere fortem uolũtatem restituendi, si aliqñ ad hoc potens erit. Et scd̃m Tho. ij. ij. q. 62. In hoc casu debet homo remissionem petere ab eo cui restituendum est, uel saltem uoluntariam dilationem. Et hoc petat aut per se, aut per alium. etc.

De restitutione seu solutione Decimarum,

Hoc primũ sciendum, Decimas dare nõ esse humanam constitutionem, sed Dei, patet ex multis scripturis p̃cipientibus ut Exod. 22, Deutero. 12. Leui. 27.

Scd̃o Decimas Sacerdotibꝰ etiã Noui Testamenti deberi, non potest negari. Probatur primo, quia p̃ceptum de decimis dandis partim morale est & negatiuum, Ait eñ Deus ad omnes Laicos, Exod. 22. Decimas non tardabis soluere. Atqui quod ꝓhibitiuum est semper & ad semꝑ (ut sic dixerim) id est, omni tẽpore obligat, & quod Deꝰ semel ut mo- rale

rale præcipit uel ꝓhibet, in eo non uult mutari, Dicit enī Malach. 3. Ego Deus sum qui non mutor.

Secundo quod etiam in hodiernis sacerdotibus ratio decimādi perseuerat, patet, Nā adhuc manent causæ ob quas Decimæ sunt institutæ scz in signū uniuersalis dominij, quia Deus p Decimas recognoscitur Dn̄s uniuersoꝝ ex terra ꝓuenientium, q̄lis ab initio fuit, et est, eritq; semp, ideoq; Decima semp est persoluenda.

Decimæ quare institutæ

Tertio idem patet, quum in ueteri lege Leuitis & Sacerdotib9 decima solita fuerit dari in sustētationē corporis ꝓ labore, certe adhuc oportet sustentari sacerdotes, & ipsis reddenda est pro labore merces. Nam Apostol9 de unoquoq; sacerdote Noui Testamēti. 1. Chor. 9. ait. Quis militat suis stipendijs unq̄? Quis plantat uineam, & de fructu eius nō comedit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis nō manducat? Nescitis, quoniā qui in sacrario operant̄, quæ de sacrario sunt edunt? & qui altario deseruiūt, cum altario participant? Id est de altari uiuunt, Aduerte hic non dicit tritu-

rando, aut ligua ſecando, aut arādo eos uictū ſibi quærere debere, ut ſtupidi, & craſſi dicunt laici, etiam Parrochū tri- turare debere, Paulus uult illum de alta ri uiuere? Et Chriſtus ait Luc. 10. Dign⁹ eſt mercede operarius. Si igitur om̄is ad huc cauſa decimandi ſubſiſtit, certe ſu- berit & ipſe effectus.

Quarto idem probatur, quia Apoſtol⁹ 2. Chor. 3. probat ſacerdotes Noui Te- ſtamenti tanto eſſe digniores quā erāt Ve. Teſta. quanto ueritas umbra eſt di- gnior. Ergo hi plus honorandi q̄ illi. Si ergo De⁹ illos ſacerdotes decimis ho norauerat, multo magis eiſdē uult iſtos Noui Teſtamenti honori.

Quinto probat̃, Leuitis ueteris teſtamē ti, quibus dabant̃ decimæ, ſucceſſerunt nūc ſacerdotes, Ergo & Lex de decimis ſucceſſit. Probat̃ cōſequentia per Apo- ſtolū ad Heb. 7. quia tranſlato ſacerdo- tio, neceſſe eſt ut & legis tranſlatio fiat. Si dixeris ergo & circūciſio transferet̃? Reſpōſio, non, quia circūciſio eſt præ- ceptum cærimoniale.

Sexto ꝑbatur, quia de decimis inueni- tur p̄ceptū in noua lege, patet ex Apo-

ſtolo

ſtolo iã allegato ex. 1. Chor. 9. Item ex il
lis uerbis Chriſti. Reddite quæ ſunt Cæ
ſaris cæſari, & quæ ſunt Dei deo. Et
Matth. 23. Hæc oportuit facere, ſcz deci
mare mentam, Anetum, Ciminum, ubi
non corripit Scribas & Pharizæos, ꝙ de
cimarent mentam, Anetum Ciminum
etc. ſed corripit eos, quia quæſtus auidi,
reliquerunt grauiora Legis, ſcz Iuditiũ,
miſericordiam & fidem, Iuditiũ in his
quæ ſunt debita alteri, Et miſericordiã,
in his quæ ſunt neceſſaria licet non de-
bita pauperibus & uniuerſaliter indigẽ-
tibus, Et fidem id eſt ueritatem ſeu uera-
ctité in uerbis, in promisſis, in factis. Et
quia quæ dulcia fuere ſeruarunr nõ au-
tem aſpera, & grauia, ideo ſubdit, Hæc
oportuit facere, iudicium ſcz miſericor-
diam & fidem, & illa non omittere, De-
cimare mentam, Anetum & Ciminum,
Et dixit hæc, ne putares Chriſtum repre
hendiſſe obſeruationem minimorum,
Non uituperat ſeruantes minima ſed ſi
mulantes ſe obſeruatores Legis ſeruan-
do minima. Quibus ſane uerbis ꝓcipit
decimationem fieri ſacerdotibus, mo-
do ipſi grauiora legis non intermittãt.

Nec

Nec obstat quod Leuitis olim dari ꝓ
ceptæ sunt Decimæ, Num. 18. pro sustē
tatione necessaria, qui & contenti debe
ant esse oblatione Decimarū, nec habe
re portionē in terra ꝓmissionis, nec ali
quid inter filios Israel possidere. Sed ho
die Sacerdotes, & maxime qui pluribus
abundant bñficiis sunt diuites, ergo De
cimis non indigent, nec ipsis dari debēt
Rñdet, Decimas non solū ꝓpter susten
tationem Sacerdotū, sed & pauperū, sed
& causa diuini honoris esse institutas,
ut dictū est, quæ causa ut est stabilis, ita
& stabilis esse debet decimatio.

Sed hic magnope cauendū est Sacer
dotibus ut quod residuū habent de De
cimis eo bene utant, & dispensent ipm.
scientes illud dictum Christi, quod sup
est date Eleæmosinā, id quod maxime
dictū est ad Sacerdotes, Quos Apostolo
teste ad Tit. 1. non oportet turpis esse lu
cri cupidos, sed habentes uictū & quib9
tegant, sint contenti. 1. Thimo. 6. Ideo
quod habent supflui maxime ex Deci
mis, elargiri debēt egenis, quoꝝ & ideo
esse dicūt Decimæ, quia de ipsis ali per
sacerdotes debuerint. Id quod ex eo cla
ret,

ret, quoniã in Veteri Testamẽto duplex erat Decima, Vna quæ fiebat singulis Annis pro sustentatione Leuitarum, de qua nunc loquimur, Altera quæ fiebat a tertio Anno in tertium pro sustentati one pauperũ. Et hoc est quod scriptura ait apud Thobiam. 1. l. Quod Thobias dederit omnia primitiua sua & Decimas suas fideliter offerens, ita ut tertio Anno ꝓselythis & aduenis ministraret omnem decimationẽ. In cui9 quidem decimatione tercij Anni, quia hodie successit Eleæmosina, constabit ut eam lege Dei teneanť exhibere sacerdotes in opibus. Quod si neglexerint, quid aliud erunt quam deuoratores pauperum & occisores, & depredatores rei alienæ. Sacerdotes tenẽtur da: re Eleqmo sinam

Exclammatio cõ̃ malos Sacerdotes

Ve igitur illis sacerdotib9, qui quod habent ex patrimonio Christi & ecclesiæ, non in sustentationẽ paupeꝝ, sed in luxum, canum, equoꝝ, uestium atq; scortorum exponũt, & frustra in gulã & crapulam dilapidant, cuiusmodi nõ pauci reperiuntur. Quales si fuerint, nõne ad eos Dñs. Væ illud æternum dictur9 est, qď ad Scribas & Pharizæos dixit Math. 23. Ve Ex abusu

23. Ve uobis scribe & pharizæi qui deci-
matis mentam & anethum, & cyminũ,
& reliquistis quæ grauiora sunt legis .s.
Iuditium, misericordiã & fidem, Id est
Ve uobis sacerdotes, qui studetis auari-
tiæ, qui studiose etiam rerum uilium de
cimas exigitis, & iuditium in discepta-
tione negociorũ, misericordiãq; in pau
peres, & fidem seruãdo ius, quæ magna
sunt prætermittitis. Qui etiam auaritia
pleni, si quis decimas alicuius rei mini-
me nõ obtulit, corripitis quasi crimen
magnum cõmisisset. Si quis uero alterũ
lædit, uel in deum peccat, nõ curatis eũ
corrigere, de lucro uestro solliciti, nõ au
tem de labore quẽ refugitis, de gloria
quoq; dei & salute hominũ negligẽtes.
Sane deus facere iusticiam & misericor-
diam, & habere fidem propter gloriam
suam mandauit, decimas autẽ offerre.
Partim propter utilitatẽ sacerdotum, ut
sacerdotes quidẽ populo in spiritualib9
administrent, populi autẽ in carnalib9
sacerdotib9 prouideant. Apostolo dicẽ
te. 1. Chor. 9, Si nos uobis spiritualia se-
minam9, magnũ est si nos carnalia ue-
stra metamus?

Sed

Sed proh dolor nũc pleriq; sacerdotes, & quidẽ pro maiori parte, de suo honore & cõmodo solliciti sunt, de honore autẽ dei nihil. Pleriq; omẽs suas portiones uigilanter defendunt, sed circa obsequium ecclesiæ curam impendere non attendunt. Si populus decimas nõ obtulerit. Murmurant omẽs. Si peccantem populum uiderint, nemo murmurat cõtra eos.

Nota q cõtra eos qui patrimoniũ Christi turpiter cõsumunt sunt remedia iuris. Vt in cap. Sicut & in cap. Si autem de cohabitatiõe clericorũ, & mulierum ut uidelicet talis ter moneatur. Secũdo suspendatur ab officio & beneficio, Tercio excõmunicetur. Quarto si se nõ corrigit priuatur beneficio. Nota pœnam Sacerdotũ cũ mulie: cohabitatium

Nota qđ Deus, de non persolutiõe decimarum sumit non modo pœnã æternam, sed & temporalẽ. Constat ẽm nũq̃ uel raro bene successisse detentorib9 decimarum, quãdo in iure non aliter habeanť ac inuasores rerum alienarum. Pœna non soluẽn Deci:

Quare & ipsos plerũq; semper Deus sinit turpiter fieri pauperes, & nobiles si fuerint, in tempore reddi ignobiles, aut certe

certe eoꝝ filios, uel certe illorum stirpē deniq; euanescere. Et hoc est quod Dñs alibi ait ad eas, qui decimas ei nō persoluunt. Et in penuria uos maledicti estis. Et e diuerso, dantibus hilariter decimas copiam largit̃ omniū eoꝝ quib⁹ indigent. Nam dicit per Malach .3. Inferte oēm decimationē in horrea mea, ut sit cib⁹ in domo mea, & ꝓbate me si non effudero sup̄ uos cataractas cœli, & effudero uobis benedictionem usq; ad abundantiam. *Obiectio Here:*

Sed ꝓpter Hæreticos ultra queritur. Vtrum Ecclesia potest habere bona temporalia? Rñdet̃ ꝙ sic. Falsum est enim ꝙ Ecclesia non deberet habere, Domos, Prædia, Villas, & alia bona temporalia, quæ sunt dispensanda per Prælatos Ecclesiæ. Similiter & illud falsum est, ꝙ Ecclesia tempore Constantini incepisset habere illa bona. *Solutio*

Falsitas primi patet, quia si Clerus nō deberet habere huiusmodi bona temporalia, uel hoc esset inq̄ntū sacerdotes & Clerici, uel inq̄tum Clerici noue legis, tanq̄ scz sit ꝓhibitum in noua lege, Nō potest dici, Primū, hoc est, Non est illicitum

tum habere Clericis bona temporalia, ea ratione qua sunt spirituales, ad diuinum cultum specialiter deputati, quia in lege naturæ Sacerdotes erant ditissimi, Quia eñ Sacerdotes erant Primogeniti, & non alij, quorum prerogatiua fuit in quinque, ut refert Hugo Cardinalis super 25. ca. Geñ. Primo quia primogenitus habuit uestem specialem qua induebatur in sacrificijs offerendis. Scdo in benedictione qua in solénitatibus & conuiuijs bñdicebat. Tertio in bñdictione finali patris, ut patet de Isaac & Iacob, Geñ. 27 Quarto quia duplam portionem recipiebat in diuisione hæreditatis. Quinto, quia erat Dñs aliorum.

Et ita patet q Sacerdotes in Lege Naturæ erant abundantes. Item Melchizedech fuit Rex & Racerdos, & ita ditissimus, Geñ. 14.

Item in lege Moysi Leuitæ habuerũt prædia, possessiones, ciuitates, uillas. Et licet dñs dixerat Numeri. 18. ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Et idem repetit Deut. 18. Hoc tamé nõ est

intelligẽdū ꝙ simpliciter nihil habuis-
sent, quia ipsemet Dn̄s deus dixit Nu-
meri. 35. Precipe filijs Israel, ut dent Le-
uitis de possessionib⁹ suis, Vrbes ad ha-
bitandū, & suburbana eaꝝ per circuitū.
Et iussit eis dare. 48, opida. Ex quaꝝ nu
mero sex debebant esse in fugitiuoꝝ au
xilia. Et ideo quum dixit. Nihil posside-
bitis etc. intelligitur ꝙ non debuerunt
habere partē separatam sicut aliæ trib⁹,
Debebant enim seruire in sanctuario ad
utilitatem omnium.

Et ex hoc patet, ꝙ plus habuit trib⁹ Le-
ui q̃ aliæ tribus, quia ultra possessiones
illas, adhuc habuerunt decimas & obla-
tiones aliaꝝ tribuum.

Et ita patet, ꝙ non est illicitum clericis
ecclesiæ habere possessiones, ea ratione
quia sunt sacerdotes.

Nec etiam scd'm, hoc est, Non est inde-
cens eas habere possessiones, ea ratione
quia sunt sacerdotes Nouæ Legis, quia
nullibi inueniť eis ꝓhibitū in noua Le-
ge, Etsi hæretici adducant aliquas scri-
pturas, tamen more suo male intelle-
ctas. Adducunt illud Matth. 10. Nolite
possidere aurum, neq; argentū, neq; pe-
cunia

Heretirorũ opiniones male

cuniam in zonis ueſtris. Non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calciaméta, nec uirgam.

Sed hoc Chriſtus dixit in prima miſſione. ſ. ad predicandũ Iudeis, ubi cõſuetudo fuit prouideri doctoribus ꝓ eoꝝ ſuſtentatiõe. Iſtud auté ꝑceptum relaxauit Luc. 22. Cũ dixit, quando miſi uos ſine pera etc. Sequit᷑, Sed nũc qui habet ſacculum tollat, ſimiliter & peram etc.

Vnde etiam in primitiua eccleſia Paulus iubet Ep̃os eſſe hoſpitales. 1. Thimo. 3. ex quo patet, ꝙ Ep̃us tunc bona tépoalia habere debuit uel potuit, alioquin quomodo potuiſſet eſſe hoſpitalis. Ité illi epiſcopi habebát uxores & liberos, neceſſaria ergo erãt eis bona téporalia. Item Acto. 21. Dicit᷑. Intrantes domum Philippi, qui fuit unus ex Diaconibus manſimus apud eum. Ecce patet ꝙ habebat poſſeſſionem.

Ité. 1. ad Thimo. 5. docet Apoſtolus quales uiduæ debebant eligi ad ſuſtentandum de prouentibus Eccleſiæ. Ecce patet, ꝙ tunc iam eccleſia habebat prouétus. Item ſtatuit Cõcilium Apoſtoloꝝ, ꝙ patet Ecclesiam primitiuam habere prouentus

 ꝙ

ꝙ fiat inuentariũ ſeparatũ de bonis ec-
cleſiæ, & Epi ne confunderent per mu-
tuam commixtioné.

Ex quo apparet ꝙ adhuc téporib9 Apo-
ſtoloꝝ Eccleſia habuit aliqua bona, q̃
diſpéſabant per miniſtros Eccleſiæ. Et
ita falſum eſt etiã illud ſcd'm dictũ hære-
ticoꝝ, ꝙ primo a tépore Cõſtantini Ec-
cleſia incepiſſet habere bona tempora-
lia, habuit em̃ ut patet ex dictis, ante té-
pora Conſtantini, q̃uis per Conſtanti-
num fuerit Eccleſia magnificata.

Venit auté in conſuetudinem, ut Ec-
cleſia habeat bona immobilia, ut nar-
rat Vrbanus Papa qui multo tempore
fuit ante Silueſtrum, & ita ante Conſtã-
tinum, Quia prius fideles uendebant
ſuas poſſeſſiones, & ꝓciũ earum dabant
Epiſcopis, ut prouiderent pauperibus,
Sed quia uidebant Epiſcopi, Leuitæ, &
alij fideles, quod maior ꝓfectus poſſet
eſſe ſi illæ hæreditates & poſſeſſiones da-
rent Eccleſijs in ditionem, q̃ ſi ſtatim ué-
derent, quia ſic poſſent ꝓdeſſe & p̃ſenti-
bus & futuris. Ideo fideles dederunt il-
las hæreditates Eccleſiæ, Vnde dicit Vr-
banus, quod etiam tempore ſuo intan-
tum

tum auctæ fuerunt poſſeſſiones Eccleſiæ ꝙ uolentibus uiuere de cõmuni, ſufficienter ꝓuidebať. Ita ꝙ nullus erat indigés. Ita ꝙ ꝓuidebať ex eis & miniſtris Eccleſiæ, & aliȷs indigentibus.

Et hoc ordinatione Dei factum eſt etiam in ſubſidiũ cõmunis populi, quia populus cõmunis, teneť ꝓuidere miniſtris Eccleſiæ, ut dictum eſt. Iſtud autem aliqñ non poſſet facere ſine ſuo grauamine, Ideo Deus ꝓuidit ut fierent hui⁹modi donationes per diuites.

An autem ſeculares poſſent bona illa auferre ſpũalibus exceſſiuis & malis? Iam dictum eſt ꝙ non, Pro quo ultra p̄dicta aduertendũ eſt, quod Prælati Eccleſiæ non ſunt domini illorũ bonorũ Eccleſiæ, Quia de ratione dominȷ duo ſunt, Primũ ꝓprietas, ut ſcz illa res ſit ꝓpria eius, Scd'm, prerogatiua finis ꝙ ſcz dñs ſit finis rerũ ꝓpriarũ ut ſcz omnia diſponanť ad cõmodũ dñi, & bonum eius, ut Seruus, ſiue dormiat, ſiue comedat, totum id ordinať in cõmodũ dñi, ut ſcz confortatus forcius laboret. Ita & de Equo etc.

Neutꝛ horũ conuenit Prælatis & cle

 ricis

ricis, Proprietas em̃ est apđ Ecclesiam, ut Augu. dicit sup Ioh. Tract. 6, Ville nõ sunt Augustini, columba. i. Ecclesia habet uillas, Nec etiã ꝓgatiua finis, quia omnia bona Ecclesiæ non sunt ꝓpter solos tantum Prælatos, sed ꝓpter Ecclesiam fidelium, Nec ipsa Ecclesia est propter Prælatos, sed econtra Prælati sunt ꝓpter Ecclesiam. 1. Chor. 3. Omnia uestra sunt.

Non ergo sunt dñi ꝓpriæ sed ministratores & dispensatores, propter quam administrationẽ sunt aliquo mõ dñi. Sicut & de Ioseph dicit Scriptura, Geñ 45. ꝙ erat dñs uniuersæ domus Pharaonis, cum tamen erat dispensator & ꝓcurator.

Ex hoc apparet, ꝙ, non licet auferre bona Ecclesiæ ꝓpter uicia Clericorum, quia Ecclesia non est punienda propter pctm̃ psonæ, sicut nec Ciuitas. Item dispensator Regis nulli facit rationẽ nisi Regi, uel cui Rex cõmittit, Nec ali9 habet potestatem eum corrigendi.

Item auferre bona Ecclesiæ est cõtra Legem naturæ, quia contra legem Naturæ est, ut uoluntas ultima uioletur,

qđ

qđ fieret, si raperent bona Ecclesiæ data cõmuniter p uoluntatem ultimam.

Clamēt igit, obganniant, latrent Hæretici qui bona Ecclesiæ rapiunt, sed ueritas ubiq; uincit, Et dicunt se id bono zelo facere, Sed intelligendum est, bono zelo, id est odio in Clerum implicabili, & summa auaritiæ cupiditate.

Nunc dicendum de Restitutione in bonis animæ.

De hoc Sexto querit, Quomodo dãnificans alium in bonis animæ teneat & posSit sibi restituere? Et per bona animæ intelligo bona moris, quæ acquisita corrumpunt, & acquirenda impediunt. Per pctã em̃ uirtutes iam acquisitæ corrumpunt, & quæ deberent ex bonis actibus generari, per uicia impediunt, ne generent. In istis bonis animæ scz uirtutibus & actibus uirtuosis, non potest unus alium directe damnificare, auferendo ea sibi, sicut auferunt exteriora bona, aut infundendo sibi contraria. s. uitia & peccata, quia pctm̃ intantum est pctm̃, inq̃ntum est uoluntariũ, & si non esset uoluntarium, non esset pctm̃, secũ-

dum August. de uera Religione. Igitur sola uoluntate ꝓpria potest quis sic dire-recte se damnificare, scz in seipso causando uolitiones malas & pctã, & sic uitia generando, Potest tamen in his unus alium damnificare indirecte, scz retrahẽdo ex intentione a bonis opibus, & inducendo ad mala opera, Et talis inductio ad malũ, & retractio a bonis contingit multis modis, scz Iubendo, consulẽdo, ꝑsuadendo, rogando, deridendo bona & laudando mala, & sic de alijs multis modis.

Per hoc respondẽdo ad questionẽ, dicitur primo ꝙ qui alium sic dãnificat in his animæ bonis, grauiter peccat, quia contra dei dilectionem agit, eo ꝙ retrahẽdo a bonis, minuit honorẽ qui deo exhiberetur, & inducendo ad malũ, auget dei inhonorationẽ, & offensam. Agit etiam coutra dilectionem proximi, cui deberet uelle & facere bonũ, sed uult & facit sibi malũ. Et peccatum est tanto grauius, quanto damnum est maius qđ proximo infert. Cum autem bonũ animæ, sit inestimabiliter melius bonis corporis, aut bonis fortunæ, sequit ꝙ lon-

ge

ge grauius peccat, qui damnificat aliū in bonis animæ, quibus meret̃ æternū bonum, q̃ peccat qui damnificat in bonis corporis aut fortunæ.

Secūdo dicit̃, q̃ sic damnificans alium in bonis animæ tenet̃ sibi ad restitutionem, modo sibi possibili. ut dicit Scotus. Et patet, quia cū bona uirtutū sint maxima bona, inter om̄ia humana bona in presenti uita, scd'm Aug. lib. 1. Retracta. plus damnificat proximū qui in istis eum damnificat q̃ in quibusuis alijs, & per cōsequens plus tenet̃ scd'm iusticiam ad restitutionē suo proximo de tali faciendam. quātū sibi possibile est, q̃ de alijs bonis. Talis autē restitutio sic fiat, ut ille damnificans illum damnificatū, suadendo, inducendo, exhortādo, & alijs bonis modis, efficaciter inducat ad pœnitentiā, ad uitæ emendationem, ad actus bonos uirtutum generatiuos. Et si non sufficit sua propria p̃suasio aut exhortatio etc. Tunc adducat alios efficaciores persuasores, dum modo tamē illis non prodat peccatum illius occultum. Et si non sufficiunt persuasores huiusmodi (quia facilius est p̃

uertere, q̃ conuertere) tunc tenetur ul-
tra hoc quantũ poteſt impetrare illi cõ-
uerſioné per oratiões proprias, & alio-
rum, his & aliis ſimilibus, aut melioribꝰ
modis poſſibilibus damnificans ali-
quem in bonis animæ tenet ſibi reſti-
tuere, ſemper tamen peccatum illius ce-
lando.

Ex his eſt diligenter cõſiderandũ, q̃ ma-
gnum ſit periculum inducere alium ad
peccandũ, quia eſt in ſe magnũ pecca-
tum, & ultra hoc, tenet ad teſtitutioné
& damni recõpenſationé, quod homo
uix poteſt facere ad condignũ, eo quod
uoluntatem iam allectam, ad mala, uix
poteſt homo reducere ad uirtuté. Pau-
ci ſunt qui ſic reſtituere conant, quum
tamé multi ſint, qui ſic tenent reſtitue-
re. Creberrima em̃ eſt illa damnificatio
& maxime circa iuuenes utriuſq; ſexus,
qui ſæpiſſime inducunt ad mala mo-
dis ſupradictis, & nõnũq̃ maiorũ exem-
plis peſſimis corrumpunt.

Refert Gerſon, par. 2. Ser. de om̃ibꝰ ſan-
Exemplum ctis exéplũ ad propoſitũ noſtrum ſpe-
ctans in hæc uerba, Legi inquit quendá
magnũ uirum narrantem deſeipſo, q̃
habu-

habuerat unũ iuuenem nobilem, pudi-
cum & caſtum in principio, ſed per ma
litiam unius magiſtri ſui fuit ſeductus,
& ſæpius monitus noluit tandẽ deſiſte-
re, ſed plus obediebat magiſtro illi in
crimine peſſimo, q̃ amicis ſuis, & deo.
Quid euenit? Audite rem horrendam,
Venerant amici illius pueri in magna
pompa uiſitare eum, & dum poſt cœ-
nam, retractis om̃ibus ad cameras orna
tas, dũ puer eſſet in lecto ſuo, cepit hor-
ribiliter clamare & plangere. Venerunt
ad eũ ſeruitores ſui & amici, & dũ neſci-
rent cur clamaret, nec dicere uellet. Ad-
uocatus eſt Decanus Eccleſiæ & alıj Ca-
nonici. Concitus ille uenit, reſidet ad le
ctum clamantis, ſuadet confiteri pecca-
ta, hortatᷣ ut confidat in deo non in ho
mine. Hæc cum decanus fortiter ei dice-
ret. Tandem adoleſcentulus eum audi-
ens, inſpexit terribilibus oculis, dicens,
Ve illi qui me ſeduxit, ad quid, ad quid
ſuper me diuinum auxiliũ inuocabo?
Ecce iam uideo apertum infernũ, uideo
p̃ſentes demones paratas me rapere.
Et cum omnes ut ſe pocius ſignaret in-
clamarẽt, ſigna te puer ſigno ſanctæ cru
cis

cls. Ille quasi nihil aduertēs, clausit ocu-
los, & auertit faciē, & cum duris & mise-
rabilibus uocibus, miseram animā exa-
lauit.
De damnificante alium quo ad religio
nē dicit Dionysius Carthusianus super
quartū, ꝙ qui retrahit a religiōis ingres-
su personā utilem, intētione damnificā-
di, tenetur illi conuentui, cui subtrahit
talem personam ad bonorū uirorū ar-
bitrium. Si uero hoc facit intentiōe cō-
sulendi suæ utilitati tēporali aut spiri-
tuali, non suggerens falsum neq; in frau
dem, non tenet illis ad aliquā restitu-
tionem. Sed personæ cuius spiritualem
impediuit profectum, tenet in spūalib9
ad restitutionem quantū potest. Si pla-
cet plura de his scire, uide Scotum.
Septimo querit, quomodo damni-
ficans alium in bonis corporis possit &
debeat sibi restituere? De hoc iam dictū
est in pcepto de homicidio. Tenet em̄
ad restitutionem equiualentē uitæ, quā
abstulit, & hoc eo mō quo potest equi-
ualentia in talibus esse. Nec hoc solum
tenet, sed ut dicit Scotus. Si interfectus
sustentabat aliquos, ut patrem, matrem
uel

uel propinquos, tenet interfector omni-bus illis ad tantam restitutioné quantã eis abstulit per interfectioné istius.

De mutilatiõe uero aut alia lesione cor porali dicit Sco. debet fieri restitutio p pecuniam, Et illa debet respondere non solũ damno quod quis incurrit per mu tilationem pro toto tempore uitæ suæ, quo usurus fuisset membro absciso, sed debet etiam respondere expensis apposi tis in curatione, & ultra hoc placationi lesi, & consolationi sic afflicti, quia ppe-tua sibi est desolatio, ex tali mutilatio-ne. De his plura supra.

Octauo querit, Quõ damnificans ali quem in fama teneat sibi restituere? Quaestio

Est notandum quod prout colligit ex dictis Tho. ij. ij. q. 62. & Scoti in quarto dist. 15. q ꝗdrupliciter contingit quem alium damnificare in fama. Quadruplex damnificatio

Primo, uerum crimé suum de eo ma nifestando & iuste, ut cum aliquis mali-tiam alterius manifestat ei qui corrige-re habet, aut si est incorrigibilis, manife stat in conspectu Ecclesiæ, & hoc bona intentione, scz ut confusus a peccato de sistat, uel saltem ut alij discedant ab ei9

con-

consortio infectiuo & corruptiuo, seruato tamē debito ordine iuris, & fraternæ correctionis, Et qui isto modo manifestat alterius crimen, & sibi aufert famā, non peccat in hoc, nec tenetur sibi famam restituere.

2 Scđo modo, damnificat quis alium in fama, & hoc iniuste, scz falsum crimē sibi imponendo id est, false eū coram alijs accusando de aliquo crimine, Et talis sic diffamās, grauiter peccat quia maius pc̄tm̄ est auferre famam q̄ temporalia, homines em̄ plus diligunt famā suā q̄ temporalia. Talis etiam sic false & iniuste damnificans ꝓximū, tenet̄ sibi famam restituere, ut scz uerbum suū retractet absolute, apud omnes ad quos per eum ꝑuenit, dum modo sciat & possit, dicendo se falsum in hoc dixisse.

Sed dices, Aliquis non imponit alteri crimen tale in publico, asserendo illđ de eo, sed murmurat & incaute ac indi-

obiectio screte loquit̄, uel narrat alijs, non tanq̄ sibi certum, sed dicit se audiuisse, an talis teneat̄ famam illi restituere? Rn̄det

Solutio Sco. Rara fides, quia multi mr̄ta loquūtur. Et ideo sic murmurans, aut incaute

loquens

loquens de alio falsum crimē, dicendo forte hoc fecit, uel, audiui quod hoc fecerit, & hoc nisi ex modo dicendi talis ostendat aliquā certitudinem maiorem q̄ ex relatione communi, non aufert ex natura actus illi famam apud audientes, quia si illi firmiter credant, ex hoc illum de quo est sermo, criminosum esse, leues sunt, quia qui cito credit leuis est corde.

Verūtamen quia a scandalo pusillorū oportet cauere, iuxta illud Pauli. 1. Chorin. 8. Si esca scandalizat fratrem meū, non manducabo carnem in æternū, & multi sunt tales pusilli leues ad credendum mala, & ideo periculosum est corā illis talia audita ex relatu referre. Et si hoc fiat intentione mala scilicet animo & intentione ledendi famam illius, de quo sermo est, tunc non est facile excusare. quin sit contra charitatem, & percōsequens mortale. Si autē fiat coram talibus pusillis & leuibus ad credendum mala, & fiat ex inconsideratione, durū est dicere ꝙ exeat genus peccati ueniālis.

Tercio contingit ꝙ aliquis damnificat 3

ꝓximū

proximū in fama, & hoc uerum de eo dicendo, sed iniusto modo, ut cum quis occultū crimen alterius prodit cōtra debitum ordinem, seu cū uerum crimē alterius, sed occultum non seruato ordine iuris, contra eum in publico ꝓponit. De hoc dicit S. Tho. ꝙ tenet illi damnificato in sua fama reddere quantū potest, tamen sine mēdatio, ut quod dicat se male dixisse, uel quod iniuste eū diffamauerit, uel alio tali cōgruo modo. Et si non potest famā sibi restituere, debet sibi damnum illud aliter recōpensare, prout etiam de aliis damnis superius dictū fuit. Et Scotus de hoc dicit quod talis nō debet retractare uerbū suum qđ ꝓposuit in publico, quia sic faciēdo mētiretur, quū sciat illud, quod contra eū dixit, esse uerum, & nō debet mentiri ꝓpter quodcūq; bonum alteri reddendū, immo in nullo casu est mentiendum. Sed tenet alio modo licito sibi reddere famam, ut per huiusmodi uerba, nō credatis eū esse talem, male em̄ dixi, & stulte dixi. Et illud suum dictū est uerū, quia nō seruato ordine iuris proposuit in publico, quod non fuit uerū publicum, &

ergo

ergo in hoc male & stulte dixit. Et illa persuasio, scilicet, nō reputetis eū talem bona est, quia quilibet presumendus est bonus, donec ꝓbetur contrarium.

Quarto ꝯtingit qué dānificare aliū in 4
fama, scilicet uerū crimé, sed occultū in publico sibi impositū negando, quia ipsum qui sibi crimen imponit, ostendit in hoc mendacem, & notat eum de calumnia, id est de falsi criminis impositione. Et de illo dicit Scot9, ꝙ ille sic negans, non tenetͬ retractare negationem suam, qua negauit in publico ueꝝ crimen sibi impositum, quia non tenetur quicūq; statim in iudicio confiteri se reum, non statim conuictus. Tenetͬ tamē per quædam uerba sobria, restituere famam illi accusanti, quem indirectæ notauit de calumnia. scilicet dicendo. Nō habeatis eum pro calūniatore, quia credo ꝙ habuit intentionem bonam proponendo, uel forte ipe credidit se posse ꝓbare intentum suum, & deceptus est.

Tantū de Restitutionibus.

Ex oīibus de restitutione dictis pensare possumus & debemus, quantū homines sibi cauere debeant ab iniusta pro-

ximoꝝ damnificatione siue in rebus, siue in corpore, siue in anima, siue in fama, quia sic grauiter peccant cõtra diuinum præceptũ, contra iusticiam, cõtra charitatem fraternã. Et ultra hoc, cõstituunt debitores ad restituendũ alienũ, & recõpensandum damnũ. Et licet plurimi ad restituendũ teneant, paucissimi tamen id facere conant, in magnũ periculum animarũ suaꝝ, quia sine huiusmodi restitutione non possunt uere de peccatis pœnitere. Nec eis aliquod dimittit peccatũ, nisi pro posse restituat ablatum. Et est uehemẽter timendum, ꝙ promptitudo ad nocẽdũ, & tarditas aut negligentia ad restituendũ, multos ducat ad interitum damnationis æternæ, a qua nos custodiat, qui sine fine uiuit & regnat, Amen.

De Octauo praecepto.

Octauũ Præceptum Dei est. Non loqueris contra ꝓximũ tuum falsum testimonium, Quod ꝓhibet nocumentum inferri ꝓximo per falsam testificationẽ, siue in iuditio, siue extra iuditiũ. In Iuditio

ditio tamen, ubi ueritas a Iudice exquiritur uia iuris, ꝓhibere falsum testimonium longe grauius est malum & execrabilius, q̃ extra iuditium, q̃uis & hoc, scz extra iuditium ꝓferre falsum testimonium, sit etiam mortale pctm̃ magnæ grauitatis, ob uaria nocumenta quæ ex falsa testificatione accidere possunt ei, contra qué ꝓfert falsum testimonium, scz mortem. Quéadmodum Naboth iust9 3. Reg. 21. p falsos testes subornatos accusatus, fuit condemnatus ad mortem. Et Christus Dn̄s itidem per falsos testes in sua passione fuit accusatus, & a Iudeis & Pilato condemnatus. Similiter & Btūs Stephanus Act. 5. Falsoꝝ testium accusatione condemnatus fuit ad mortem. 3 Reg. 21

Aliquando uero citra mortem ob falsum testimonium infert alicui exilium, uincula, carceres, infamia, iactura bonorū temporalium, deiectio a suo statu & offitio, & cætera id genus incōmoda. Et omnium hoꝝ malorū quæ irrogant innocentibus per falsam testificationé, rei sunt illi, qui loquunt contra eos falsum testimoniū, & tenent ad restitutionem omniū eoꝝ quæ innocentibus ir-

rogant, occasione illius falsi testimonij Idcirco districte in scriptura phibet, ob tam grauia detrimenta, quæ exinde pueniūt, ploquutio falsi testimonij, etiā in alijs scripturæ locis, ut Exod, 23, cum dicit. Non suscipies uocem mēdacij nec iunges manū tuam, ut pro impio dicas falsum testimoniū, Quod si pro utilitate impij, aut salute, non est dicendū falsum testimonium, ut liberet a periculo iudicij, q̄nto minus contra iustū & innocentem dicendum est falsum testimonium quo condemnetur ad mortem? Et Prouerb, 6. Salomon dicit. Sex sunt quæ odit Dn̄s, & septimū detestat anima ei9 Vbi sexto loco nominat, proferentem mendatia, testem fallacem, Et septimo, cū qui seminat inter fratres discordiam Et hic septimus, etiam hui9 mandati est transgressor, quoniam per hoc octauū Dn̄i p̄ceptū, non solum prohibet falsi testimonij loquutio, sed & omnis prolatio sermonis atq; elocutio, qua læditur uerbo proxim9, Modo, discordiæ disseminatio inter fratres, fit Lingua & uerbo.

Dicemus de hoc p̄cepto duo. Primo, qui

qui ſint qui illud tranſgrediunť. Secun-
do q̃uo lingua noſtra refrenanda ſit ab
iniqua locutione.

De primo uarij ſunt tranſgreſſores hu
ius p̃cepti. Primi ſunt, qui loquũť men-
datium, quod eſt, falſa oris loquutio, cũ
intentione fallendi, q̃n ſcz quis ore ali-
quid profert, & tamen illi9 oppoſitum
ſcit eſſe uerum in mente.

Et iſtud ſcd̃m Auguſt. lib. de menda-
tio eſt triplex ſcz officioſum, iocoſum &
perniciofum. Mendaciũ officioſum eſt,
quod alicui prodeſt, & nulli nocet, ut ſi
quis pro ſaluanda uita innocentis apď
ſe occultati, aut pro ſeruanda pudicicia
uirginis, quæ queriť a Lenonibus ad ſtu
prũ, latitantis in domo ſua, dicat quæ-
rentibus, & hunc & hanc non eſſe domi
ſuæ, cũ tamẽ ſciat oppoſitũ, Sicut Exod.
1. Obſtetrices Aegyptiorũ mentitæ ſunt
Pharaoni. Et Raab Meretrix Regi Hie-
richo de exploratoribus, Ioſuæ ca. 2. Et
Iudith ca. 11. Holoferni ut liberaret po-
pulũ Iſrael. Et hoc mendatium ſemper
eſt p̃ctm̃ Veniale, quia non licet cuiq̃ p
ſaluanda uita corpali aut ſp̃uali alicui9
etiam minimum p̃ctm̃ cõmittere ueni-
ale.

 Men-

Mendatium iocosum est, quod nemini ꝓdest, & nemini etiā nocet, & fit causa exhilarationis alioꝝ, & studio placendi, aut cōmouendi alios ad risum, ut cū quis confingit se audisse, aut uidisse aliquid, quod audientes adducat in admirationem, & credulitatem rei narratæ, ut cum eis iocetur, Tale tñ dictum nulli affert detrimentum bonoꝝ aut famæ.
Et hoc etiam pctm̄ est Veniale, magis tamen a recto recedens q̄ officiosum.
Tertium est mendatiū pernitiosum qđ nulli prodest, & aliꝭs nocet, affertq; detrimentū aut bonoꝝ externorum, aut famæ, aut uitæ. Vt cum quis de alio cōfingit graue crimē, ut ponat eum in malam alterius gratiam, & inde aliquod tēporale cōmodum assequať. Vt Siba .2. Reg, 16 .Mentitus est ipsi Dauid quod Mymphibozeth reliquisset ipsum Dauid, Vide ibi. Et hoc genus mendacij semper est peccatum mortale, De quo intelligiť illud Psal. Perdes omnes qui loquunť mendacium.
Secundi sunt transgressores huius præcepti, qui contra proximū ferunt in iudicio falsum testimonium, de quo dicitur

tur Prouer, 14. Falsus testis non erit impunitus, & testis mendax peribit.
Et scd'm Tho, 2.2. q, 70. huiusmodi testimoniũ falsum triplicem habet deformitaté. Vno modo ex periurio, Testes enĩ in iudicio nõ admittunt nisi iurati, Et ex hoc est semper peccatum mortale, quia est periurium proprie dictum. Secũdo modo habet deformitaté, ex uiolatione iusticiæi. Et sic iterum est mortale ex suo genere , sicut & quælibet iniusticia. Et sic est directe & explicite cõtra hoc p̃ceptum octauũ. Tercio habet deformitatem ex ip̃a falsitate, scd'm quod omne mendaciũ habet deformitaté aliquam, & quodlibet est peccatũ. Et similiter peccat contra hoc præceptum, qui etiam extra iudicium iurat falsum scié ter, aut etiam uerum quod tamen credit esse falsum. Et sunt illa piuria mortalia peccata, ut dictum fuit circa scd'm præceptum .
Tercio trãsgrediunt' hoc p̃ceptũ, qui mẽtiunt', uel in doctrina religiõis, ut quia scienter falsum afferunt cũ intentiõe decipiendi alium circa res diuinas & circa ea quæ sunt fidei, uel menciuntur men-

dacio pernicioso, quod scilicet nulli ꝓdest & alicui obest uel uni prodest, & alteri nocet. Et istis modis mēdacioꝝ nō solum peccat homo contra hoc præceptum, sed etiam si damnū sic intulit, tenetur recōpensare. Alia autē mendaciorum genera superiꝰ enumerata, licet nō sunt mortalia ex suo genere, sunt tamē sollicite cauenda quia oīa sunt peccata, ut dictum est. Et etiam ideo, quia licet non sint ex suo genere mortalia, aut cōtra hoc preceptum, possunt tamē fieri mortalia uiris perfectis, aut etiam aliis, aut ratione scandali, aut ratiōe damni, quod natum est sequi, aut ratiōe nimiæ libidinis mentiendi. etc.

Quarti sunt transgressores huius ꝑcepti qui alteri detrahunt, falsum crimen scienter ei imponendo .i. qui hominē false coram aliis accusat. Aut qui proximū damnificat in fama, uerū crimen de eo dicendo, sed indebite, ut quia occultū crimen eius prodit cōtra debitum ordinem, aut uerum crimen alterius licet occultum in publico ꝓponit, nō seruato ordine iuris. Et talis quomodo teneat̃ reddere famam, iam dictum est, Aut qui

alteri

alteri detrahit, non quidem afferendo de eo crimen, sed tamē murmurando, aut incaute coram aliis loquendo ut dicendo, Ille forte fecit hoc crimē, uel audiui eū hoc fecisse etc. Et si hoc fiat intētione mala, scilicet animo ledendi aliū in fama, putat Scotus esse mortale. Si autē fiat non animo ledendi, sed ex leuitate animi, aut ex inconsideratiōe adhuc periculosum est talia ex relatu referre coram pusillis, & ad credendū leuib9 quales multi sunt.

Quinto transgrediunť hoc præceptum, qui iactando se uerbis, dicunt de se aliqua maiora, q̄ eis insunt, & quoq; usurpatio & falsa sibi attributio est contra charitatem Dei. Sicut cum quis de se iactanter ꝓfert quod est contra dei gloriā illam scilicet quodam modo sibi usurpando. Sicut Ezech. 28. diciť ex persona regis, aut dyaboli. Eleuatum est cor tuū, & dixisti, De9 ego sum. Similiter qui iactando se uerbis, loquiť contra charitatem ꝓximoꝝ, ut quia iactando & laudādo se, prorumpit in ꝯtumelias aliorum Sicut Luc. 18. Phariseus dixit. Non sum sicut cæteri hominū raptores, iniusti, a-

Ee 5 dul-

dulteri, uelut etiam hic publicanus. Similiter qui se iactat uerbis. supra id qđ est, aut supra id quod de eo homines opinant, & hoc ex appetitu lucri, per qđ uellet alias damnificari, hoc em̃ esset cõtra charitatem proximi, cuius damnũ iniuste uult, & esset contra presens præceptum reductiue.

Sexto peccat cõtra hoc pceptum omnis Hypocrita qui per exteriora signa, uirtutem quam in ueritate nõ habet, simulat se habere. Et maxime si hoc facit propter aliquem finẽ qui est contra charitatem, ut cum quis simulat sanctitatẽ se habere, ut falsam doctrinam dissemi net, ut scz facilius sibi credat, uel pter hoc simulat sanctitatem, ut sic dignitatem, aut aliud Ecclesiasticum bñficium, licet indignus, conseq̃tur, aut ut consequat aliqua temporalia lucra, cũ damno aliorum. Et sic de alijs huiusmodi finibus, qui sunt contra charitatem Dei aut pximi. Omnis em̃ talis Hypocrisis, est pctm̃ mortale, & est mendatium hoc præcepto prohibitum.

Secundo dicamus de refrenatione linguæ.

Quia

Quia omnes istæ ṗdictæ species prauæ locutionis, ꝑueniunt ex immoderato linguæ usu & irrefrenato, Idcirco summope elaboranđũ est, ut discretioné adhibeamus nostræ linguæ, ꝑ quam moderatæ & sobrie loquamur.

Ad quam linguæ refrenationé q̈ttuor nos debent inducere. Primo ipsa corporis nostri fabrica, ab optimo conditore nostro constituta & obseruata, in organis Visus & Auditus & mentis. In cerebro mens sedet. Cor sedem habet in precordijs sub leua Mamilla. Lingua in medio, uelut cordis ac mentis interpres, ut & cerebro subiaceret, nec procul abesset a corde. Cur ita? Vt lingua nõ quæcũꝗ effutiret, sed mente & corde gubernetur. Vt lingua inq̃ non discrepet a corde, sed obtemperet rationi cui est subiecta, Nec prius in uocem ꝑrumpat quã adhibitis in consilium uicinis sensibus, ṗcipue aurib9 & oculis, quib9 inter corporis sensus principat9 tribuit͛, sed multo magis rationi.

Peruerse igit͛ agunt hij, qui prius linguam laxant in uerba, quam audierint aut uiderint, aut q̈ animo ꝑpenderint,

quale

quale sit hoc de quo loqui uelint, aut q̃=
les sint hij apđ quos uerba faciēda sunt,
quū oporteat huius membri ministeriū
omnium esse postremum.

Præterea, ne lingua p̃cipiti petulan=
tiq; facilitate pnitiem afferret pro utili=
tate, aut uenenū pro remedio. Ideo quū
ipsæ Creator binos oculos, binas aures,
binas Nares addiderit, unicam dūtaxat
linguā dedit, ut homo tardus sit ad lo=
quendum, aures semp patulæ, nec clau=
di nec auerti possunt, ut homo uelox sit
ad audiendum. Oculos non nisi tenui
pellicula texit ad somnū duntaxat. Lin=
guam uero, uelut in specū abdidit, eam=
q; tot uinculis alligauit, Locauit eā sub
extremis palati partib9, opposuit gemi=
num uallum ac repagula denciū trigin
ta duorum, ut uel morsu uulnereq; coer
ceri possit, si non obtemperet rationi.
Et sæpe contingit incautius inter eden=
dum uoluentibus Linguam, dentibus
morderi, ut dolore admoneant non te=
mere pferendum hoc membrum.
Mox & Valuas obiecit labiorū, uidelicet
docens in lingua p̃ciosum esse thesaurū,
quā sic recondidit, sed cuius intempesti

uus

uus atq; immoderatꝰ usus, summũ ha-
bet periculum, quã tantũ presepsit, ad-
uersus effrenem petulantiam non pro-
mendi uerba, sed fundẽdi temere quic-
quid in buccam uenerit. Quẽadmodũ
autem Equus nullo freno coercitus sæ-
pe numero, tum sessorem, tum seip̃m in
ꝑcipitium aliquod aut in paludem de-
fert, ꝓdens simul & periens. Ita lingua
nisi rectæ rationis moderatione coerce-
atur exitiũ affert, non solum his qui au-
diunt, creduntq; dicenti, uerum multo
sepissime ei qui sic temere deblaterat.
Si hec homines cõsiderarẽt, non essent
tot loquaces, linguaces, garruli, uerbosi,
uaniloqui, nugones, blaterones, rabulæ
loquaciores turture, pica, graculo, qui
frusto panis conduci possunt ut uel ta-
ceant. uel loquant̃. Nec tot essent qui ar
chana quæ essent celanda patefacerent
cuiq;. Et dicere solent, apud amicũ depo
sui arcanũ. At sciebas & illi amico esse
amicos. Nullus est mortalium tam cõ-
tinentis linguæ, aut animi tam circum-
specti, quin habeat uel unum, cui tantũ
ausit credere, quantũ ipsi creditum est.
Rursus hic alterum habet, hic rursus ali-
um

um. Itaq; postq̃ discessum est ab unione cito res ad plurimos ꝓpagat. Habet & sagitta pennas suas, eam qui tenet, cohibere potest, qui uero semel emisit, reuocare non potest, quo minus huc & illuc circũuolet. Cæterum telũ emissum, non recidit in mittenté, sed aliis pocius affert exitium, Verbũ uero emissum, nulli cercius exitium affert, q̃ ei a quo fuerat emissum.

Catho senior dicere cõsueuerat inter amicos. Se trium dũtaxat rerum per oẽs uitæ gradus pœnitentiam agere. Primũ si quid arcani credidisset mulieri, Secũdũ, si quo pedestri itinere proficisci licuisset, eo nauigio peruenisset. Tercium, si quem dié per incuriã absq; fructu passus fuisset elabi.

Plutarchus refert fabulam in libello de nugacitate. Romæ cõpluribus diebus quiddam serium & arcanum agitabantur in senatu. De quo quum uaria esset hominũ suspitio, mulier quædam alias, quidé proba & pudica, mulier tamé, cœpit maritum ꝑcibus ac blandiciis sollicitare, ut arcanum impartiret taciturae silencii fidem, lachrymis, iureiurãdo, di-

risq;

risq; imprecationibus pollicens. Addidit quærimonias illas solennes, q mari tus uxori fidē nō haberet. Maritus quo mulierculæ stulticiā redargueret simulat se uictum uxoris precibus, decreuerā, inquiens, tacere, sed uincor. Audi igitur sed tacitura. Portentum horribile qđ a sacerdotibus nunciatum est, coturnix auream galeam in capite gestans lanceamq; ferens, uolare uisa est, & hac de re consultat senatus, ambientibus auguribus. Vtrum boni quicpiā an mali mōstrum hoc portendat? Tu uero caue ne cui dixeris. Hoc dicto ibat in forum. At mulier, uelut urgeret aborsus nacta ex ancillis unā quæ prima occurrerat, cœpit ea presente uerberare pectus, uellere capillos, clamās obiter, heu mi uir, heu patria, quid calamitatis imminet nobis? His rebus ancillam ultro prouocās, ut quid esset mali percontaret. Percontatur illa hec narrauit ordine rē oēm, & addidit clausulam solēnem omnib9 garrulis. Caue quisq̃ ex te sciat, sed sile, Mox ancilla dominæ similis, unā est cō seruis nacta rem illi denarrat de Coturnice, Illa uicissim amatori suo, qui forte

te aderat,communicat. Itaq; breui Fabula ab aliis ad alios transiliens, deuenit in forū, tanta celeritate, ut pueniret eū, qui cōmentus fuerat. Quū em̄ quidam notus illi factus esset obuius, Modo ne, inquit, e domo uenis? Modo respondit Nihil ne igitur audisti? Nihil, sed est ne noue rei quicpiam? Coturnix inquit cū lancea, galeaq; aruea uolare uisa est, atq; hac de re senatus cogit. Ille uero ridens Euge inquit uxor mea, quam probe abs te curatum est, ut arcanū tibi creditum me pcurreret in forum, Mox adit primores, & exposita Fabula, ciuitatem ac Senatum inani trepidatione liberat, deinde domū reuersus expostulat cū uxore, Heus bona mulier, pdidisti me. Senatus em̄ resciuit arcanum hoc ex ædibus nostris pdisse in uulgus. Itaq; cogor incontinentis linguæ tuæ dare pœnas. Illa primum negabat, sed frustra, Subiunxit maritus, Ex tempore commentus sum quicquid tibi credidi quo periculū facerem quam esses linguæ continentis.

Ad propositum.

Scdo ad linguæ refrenationem debet nos

nos inducere sacra scriptura, periculum ex ea ꝑueniens, & difficultatem illi⁹ negocij atq; utilitatem multipliciter explicans, Dicit em̄ sapiens Prouer. 18. Mors & uita in manibus linguæ, Et Ecclé. 14. Btūs uir qui nō est lapsus uerbo ex ore suo. Et Iacobi. 3. Si quis autē in ꝟbo nō offendit hic perfectus est uir.

Tercio ad edomandā linguam nos debent inducere q̈plurima mala & peccata quæ proueniūt ex laxitate & licencia linguæ. Nam ex ea nascunť scurrilitas, turpiloquium, lasciuia uerborum, stultiloquium, contumelia, contencio, detractio, uaniloquium, ociositas uerboꝝ multiloquium, in quo non deest peccatū Prouer. 10. Et mille alia genera malorum. Vide Iacobi. 3.

Quarto ad reprimendam linguam debent nos inducere preclara authorum literaturæ sæcularis documenta, eam salutarem doctrinam nobis ꝓponentia, ut illud Cathonis distichon.

Virtutē primā eē puta cōpescere linguā
Proxim⁹ ille deo est qui scit rōe tacere.

Solon unus ex septem sapientibus Græciæ interrogatus, cur cæteris loquentib⁹

taceret? Respondit, quia me loquutum fuisse aliquãdo pœnituit, tacuisse uero nunquã.

Demaratus Lacedemonioꝝ rex in consessu quodam similes, quum interrogaretur, utrum stulticia sileret, an ob sermonis inopiam? Respondit nemo stultus tacere potest.

Dicamus ergo singuli cum Propheta psal: 38 Dixi custodiam uias meas, ut nõ delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam cũ consisteret peccator aduersus me. Oremus dominũ ut id nobis prestare dignetur.

De Nono praecepto.

Nonum præceptũ est, Non cõcupisces uxorem proximi tui. Et suo modo intelligendum est. ꝙ nec fœmina cõcupiscat uirum alienum. Veꝝ & hic a parte totum intelligendo, non solum intelligi debet uetitum esse carnale desiderium ad uxorem alienam, sed etiam ad quãcũqꝫ aliam mulierem extra thorum matrimonij. Om̃is em̃ talis cõcupiscentia ad mulierem non coniunctam sibi matrimonio, siue uirginem, siue solutã

siue

siue uiduam, siue consanguineam: siue religiosam, siue nuptam, est transgressio huius præcepti.

Pro quo notandũ, ꝙ error fuit hæreticorum dicentiũ, ista duo mandata ultima irrationabiliter esse posita, quoniam nõ possunt (ut aiunt) ab aliquo seruari in hac uita. Cũ non possit hic homo sine concupiscentia uiuere, neq; seipsum continer quin interdũ surreptat cõcupiscentia carnis, aut bonorum huius mundi. Sed hec est blasphemia. Nã qui dicit deum nos obligasse ad impossibilia anathema sit, dicit Hieronimus, hec autem tanta impietas & insania. illis obuenit, quoniam nesciunt distinguere diuersos cõcupiscentiæ modos: neq; satis intelligunt, quæ cõcupiscẽtia per hæc duo præcepta ꝓhibet.

Est enim triplex cõcupiscentia in nobis, quædam naturalis, expetẽs uitæ huius necessaria, ut cõcupiscẽtia cibi in esuriente, concupiscentia quietis in fatigato & desideriũ somni in eo qui defessus est uigilia. Et hæc nullam habet rationẽ peccati, quia etiam in Christo dño nostro fuit, qui esuriuit & sitiuit.

Alia est concupiscentia mali, ex sola surreptione subito euanescens, & rationé præueniens, ut impremeditata carnis concupiscentia, repente titillans hominem & desiderium alienoꝝ bonorũ, sine præcogitatione animũ mouens. Et hæc etiam pctm̃ non est, sed primus ad malum motus, cui si uiriliter resistitur eam excuciendo corde, augetᷣ hominis meritum, primi em̃ ad malum motus, non sunt in potestate hominis, ut senciunt omnes. Tertia est concupiscentia mali ex ꝑcogitatione & deliberatiõe ꝓcedens, & cum pleno uoluntatis consensu, Vt cum quis ex premeditatione fertᷣ in concupiscentiam alicuius mulieris, consentiens in actũ libidinis ex diuturna præcogitatione, uel similiter desiderat bona proximi, cũ consensu rapiendi illa. Et hæc tertia cõcupiscẽtia pctm̃ est & ꝓhibetur per hæc duo postrema ꝑcepta. Cæteræ uero duæ, neq; pctá sunt, neq; hic prohibentur.

Et ut clarius intelligatᷣ, Nota ꝙ huiusmodi concupiscentia, habet talem ꝓgressum in animo hominis, ꝙ nonnũq̃ contingit hominem aspicere mulierem

alienam,

alienam, audire, uel tangere eam, aut de ea cogitare, & sine culpa, Et q̃ntũ ad huiusmodi aspectum, affatum, tactum etc mox sequit̃ & mouet̃ in appetitu ei9 sensitiuo concupiscentia quædam respectu eiusdem mulieris, quæ concupiscentia dicit̃ passio, Et dicit̃ primus motus, cũ sic totaliter p̄uenit actũ rationis. Et illa non est pctm̃ mortale, quum non sit in potestate hominis. Vnde dicit August. Non est in potestate nr̃a quib9 uisis tangamur, est tamen in potestate nostra ea libere respuere aut acceptare. Sed si homo postq̃ huiusmodi concupiscentiam iam in animo ortam p̄cipit, eam p̄mittit in animo morari cum q̃dam morosa delectatione, sine tamen consensu uoluntatis in opus, aut in delectationem, tunc fit pctm̃ ueniale. Imputat̃ em̃ uoluntati in pctm̃ ei9 negligentia, qua nõ p̄hibet, nec excludit, sed negligenter permittit in animo morari huiusmodi cõcupiscentiam ad mortale inclinantem. Si autem consequat̃ in uoluntate deliberatiuus consensus in huiusmodi op9 p̄hibitũ, aut in delectationem, tunc ille consensus, qui etiam dici potest concu-

piſcentia eſt mortale pctm̃, etiam ſi homo nũq̃ exiret in exteriorem actum. Et de tali concupiſcentia loquit̃ preſens p̃ceptum, cum dicit, Non cõcupiſces uxorem proximi tui.

Vlterius notandum ꝙ multiplicia ſunt pctã interiora, ſiue cordis & uoluntatis quibus peccat̃ contra hoc p̃ceptũ. Quia omnis uoluntarius conſenſus in aliquod uenereum p ſextum mandatũ ꝓhibitum, ubi tamen exterior actus nõ ſequit̃, hic ꝓhibet̃. Quæ cauſa breuitatis nõ oportet enumerare in ſpeciali, quia patent ex iam dictis in ſexto p̃cepto, ubi huiuſmodi exteriora pctã ſunt ſufficienter enumerata, Ex quib⁹ etiã noſci poſſunt interiora p̃ſenti præcepto ꝓhibita.

Et ſicut ſunt gradus in grauitate pctõrum luxuriæ quo ad act⁹ exteriores, ſexto præcepto ꝓhibitos, quia exteri⁹ adulterium grauius eſt pctm q̃ ſimplex fornicatio. Et inceſtus eſt tanto grauior, q̃nto fit inter pſonas gradu conſanguinitatis propinquiores, & ſic de alijs. Ita etiam ſunt gradus in grauitate peccati luxuriæ quo ad act⁹ interiores hic ꝓhibitos, ut uolitio adulterij peior eſt, q̃ uolitio

tio simplicis fornicationis, quis utraque sit mortale pctm̃, Et sic intelligat de alijs.

Nec prohibet hic solum uoluntarius consensus in opus uenereum prohibitũ per sextum mandatum, Sed prohibetur etiam uoluntarius consensus in delectationem ad tale opus de per se inclinante, Contingit em̃ quod homo nõ uellet opus extrinsece aliquo modo perpetrare, & tamen deliberate uult delectationem libidinosam, per quam affectus suus est per se ad huiusmodi opus prohibitum inclinatus, ut si quis nollet fornicari forte propter timorem, aut uerecundiã, aut propter aliam talem causam, uult tamẽ cogitare de fornicatione, aut de alijs libidinosis ad eam incitantibus, ut de osculo, de tactibus, & alijs huiusmodi impudicis, scz propter delectationem, Iste cõsensus est pctm̃ mortale, ut dicit Tho. 1. ij. q. 74. & docet August. 12. de Trinitate Ideo etiam ille consensus est prohibitus isto Nono præcepto.

Nec etiam prohibet per hoc præceptũ solum uoluntarius cõsensus in opus uenereum, aut in delectationẽ ad hoc in

clinantem, sed etiam ꝓhibentur oscula aspectus, amplexus, affatus, tactus, & similia impudica actum carnalis copulæ precedentia, & ad eum allicientia.

Sunt em̃ talia peccata mortalia, cũ inter personas non iunctas matrimonialiter fiunt libidinose. Et tali intentione, ut una earum aliamper huiusmodi incitet in sui concupiscẽtiã, aut ad illicitũ actum uenereum. aut ut in se prouocet delectationẽ ad huiusmodi actũ inclinantem, huiusmodi em̃ aspectus libidinosus est peccatũ mortale, ut uult domin9 Matth. 5. dicens, Qui uiderit mulierem ad cõcupiscendũ eam, in corde suo mechatus est eam. Igitur a fortiori tactus & cætera libidinosa ꝑenumerata, cum fiunt ad concupiscendũ, sunt peccata mortalia, & omnia ꝓhibita hoc præcepto nono.

Prohibenť quoq; hoc mandato omnes modi & gestus mali, quibus una persona aliam sibi non matrimonialiter cõiunctam, trahit & sollicitat ad peccatũ luxuriæ, siue hoc fiat per internunciũ, siue per literas, siue per minas, siue per ꝓmissiones, per munera, per mendacia,

aut

aut per fictas adulationes, aut per super fluum, aut etiam lasciuũ uestimentorũ ornatum, siue per fucatum & mendacẽ faciei colorem. Qui eñ talia fecerit potissime illa intentione, ut per hoc alienam personam attrahat in sui cõcupiscentiam prohibitam peccat mortaliter, etiam si nunq̃ fiat ꝓgressus in op⁹. Vnde dicit Chrisost. in Homiliario. Si mulier aliqua se ornauerit ornatu saltẽ superfluo, aut impudico, ut oculos hominũ ad se attrahat & uiroꝝ aspectibus placeat ad cõcupiscendũ, etiam si nulli plagam intulerit, pœnã pacietur extremam, uenenum eñ confecit, etsi nullus inuentus sit qui bibat. Et idẽ quoq; de uiris intelligendum est.

Quibus medijs compescenda sit concupiscentia carnis.

Opere p̃cium est hic docere, quomodo edomandæ sint prauæ carnis concupiscentiæ. Primo, id ante oĩa obseruandũ est, ne carnis cõcupiscentia diuturna mora conualescat, ut cũ primum eam percipimus, protinus eam ꝓ uiribus excuciamus, & uiriliter resistam⁹ an 1 Remedium

 tequã

teq̄ sumat uires. Quoniam si in principio uigilanter & aniose illi obluctemur statim elanguescet, & extrudet animo. Si uero per longam tēporis moram sinimus eam habere locum in nobis, & fouemus eam cū attentione & delectatione, tandem preualebit nobis & precipitabit in uitium. Quemadmodū hostibus corporalibus, cū primum nos aut nostram urbem impugnare incipiunt, resistere solemus, neq; permittere ut portas urbis ingrediantur, alioqin uix postea poterint expelli. Ita & hic, Scd'o ad edomandas prauas carnis cōcupiscencias, summopere cauendū est a malis cogitationib9, ad desideria carnis trahentibus, quoniam, ut dicit Sapien. 1. Peruersæ cogitationes separanr a deo Ergo tales cogitationes mox excuciendæ sūt, ut dictum est, Hoc docet Dauid in Psalmo dicens. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram, Hieronimus Ille paruulos, suos ad petrā allidit, qui cogitatiōes suas prauas, cum primum insurgunt, & adhuc paruæ sunt ad Christum, qui Petra est, cōcutit & elidit, eas protinus mente excuciēdo, & bonas de Chris

Christo dño cogitationes, earum loco assumendo.

Tercio, ad refrenãdã carnis ꝯcupiscentiam id maxime cõducit, ꝙ ardores libidinosos ex corruptione naturæ insurgẽtes, etiam nobis inuitis interdũ in corpore nostro, illico extinguamus pro uiribus, cõuertendo protinus animum ad memoriam acerbissimæ passionis domini nostri, aut ad mortis nostræ afflictionem durissimam, aut ad flãmas gehennæ perpetuas, his qui scd'm carnem uixerint paratas, ad Roma. 8. Nempe attenta cogitatio & infixa ad aliqd' horum trium, aut ad tria simul, adiutrice Dei gracia, afferet tranquillitaté nobis optatatm. Nempe, sicut solent qui digitum suũ exusserunt. statim partem digiti exustã obiicere igni, ut calor ignis extrahat feruorem cõbustionis factæ in digito, Ita attenta mentis cogitatio ad pœnas & ignem inferni, æstum noxiũ carnalis cõcupiscentiæ mox restinguet. Neq; id fiat nobis graue factu, quũ sancti multo grauiora fecerint ad remouẽdum ardorem libidinis. Quemadmodum sanctus Bñdictus legit' seipm nudũ inie-

Medium

Simile

S. Benedictus

iniecisse uepribus & urticis, seq; illic uolutasse, donec ardores libidinis in eo cõquieuissent, Et sanctus Franciscus ob eãdem causam, legit se nudum iniecisse altis niuibus. Ecce gloriosa sanctorum certamina contra stimulos carnis, quibus uicerunt.

S. Franciscus

Quarto ad hanc Tyrannidem carnis compescendam op9 est mox confugere ad orationé, Deumq; suppliciter inuocare, ut sicut tribus pueris Hebræis mitigauit flammas igniũ Fornacis Babylonicæ per Angelum sctm̃ Dañ. 3. Ita & in nobis rore suæ gratiæ dignet refrigerare ardores carnalis concupiscentiæ, Et ipe qui benignus est in omnes qui inuocant illum, exaudiet nos in illa tribulatione dabitq; uiriliter pugnantibus gratiam in præsenti, & gloriam in futuro AMEN.

De decimo Praecepto.

Decimum & ultimũ Præceptum est. Non concupisces rem ꝓximi tui, nõ domum, non Seruum, non Ancillam, nõ Bouem, non Asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Pro

Pro quo notandũ, ꝙ sicut diximꝰ in ꝑcedenti Præcepto, ita intelligatᷓ in presenti, scz ꝙ primi motus cõcupiscentiæ rei alienæ, prout consistunt infra limites sensualitatis, seu prout ꝑueniunt totaliter deliberationem rationis, & nullo modo a uoluntate dependent, non ꝓhibentᷓ aliquo mandato, nec illo modo sunt pctã, Sed uolũtatis deliberatiuꝰ consensus in damnificationẽ proximi per illicitam usurpationem temporalium bonorũ eiꝰ, isto ꝓhibetᷓ ultimo Præcepto.

Vltra notandũ ꝙ sicut alienæ mulieris concupiscentia ad actum uenereum, potest dupliciter cõsiderari, ut dictum fuit, Ita similiter cõcupiscẽtiã rei aliene a ꝓximo possesse, potest dupliciter considerari. Vno modo consideratᷓ, prout ex ea oritᷓ & causatᷓ exterior actus illicite sibi usurpandi rem ꝓximi, siue rem alienam. Et illa concupiscentia ꝓhibetᷓ eadem ꝓhibitione qua ꝓhibetᷓ eius actus exterior.

Duplex cõsideratio

Alio modo illa interior uoluntatis concupiscentia deliberata, consideratᷓ, inq̃ntũ ex ea non sequitᷓ actus exterior usur-

ufurpandi fibi rem alienam. Et ne quis illam concupifcentiam interiorem fo- lam,& fine exteriori actu eam concomi tante,crederet non esse pctm̃,ipsam De- us speciali Præcepto ꝓhibuit,scz isto de cimo.

Per septimũ ergo p̃ceptum ꝓhibetur actus exterior,illicite sibi usurpandi rem alienam,& simul ꝓhibet̃ eadem ꝓhibi- tione interior concupiscentia,siue deli- beratiuus consensus uoluntatis,a quo p̃ dictus exterior actus orit̃ atq; imperatur huiusmodi uero concupiscentia uolun taria alium illicite damnificandi p tem poralium suoꝝ usurpationem sola exi- stens. Ita q̃ eam non comitat̃ actus exte rior. Prohibetur hoc p̃senti præcepto.

Cum igit̃ in septimo p̃cepto,qd̃ est, Non furtũ facies,enumerati sunt mul- ti modi hominem iniuste damnifican- di per exteriorem illicitam usurpationẽ suoꝝ temporaliũ,patet clare,q̃ multi- plitia sint pctã,quibus contra hoc p̃cep tum peccatur. Et patet etiam facile quæ sint illa,quia sunt omnis deliberata uo litio furti,ubi tamen nõ sequit̃ exterior furandi actus,forte propter aliquod im pedi-

pedimentū aut aliunde, Similiter deliberata uolitio rapiendi, ut cum quis uellet rapere aliena, & tamen hoc non exequitur actu exteriori, Et sic intelligatur de alijs.

Præterea, ad refrenandam diuitiarū concupiscentiam, siue bonorum alienorum. Primo conducit hæc consideratio, quod bona huius mundi admodum sunt incerta, nullamq; stabilitaté habentia, Nam facile amitti possunt, Matth. 6. Nolite thesaurizare in terra ubi erugo & tinea demolitur & ubi fures effodiūt & furāt. Scda cōsideratio quæ nos retrahere debet a cupiditate bonorum tēporaliū est, quod illa nō possunt hinc asportari. 1. ad Thimo. 5. Nihil intulimus in hunc mundū, haud dubiū quia nec auferre quid possumus. Tercia cōsideratio, quod illa bona tēporalia quantūcūq; copiosa, non saciant appetitum humanū, sed pocius excitant ad plus habendū, Iuuenalis, Crescit amor nūmi quātū ipsa pecunia crescit, Et Eccle. 5. Auarus non implebitur pecunia, Auaro tantum deest quod habet, quantū quod nō habet. Quarta cōsideratio quod ipsa multorum est malorum origo

origo & causa, propter illam enim cōcupiscentiam fiunt, homicidia, ueneficia, ꝑditiones, fraudes, periuria, & permulta alia iniquitatū genera. 1. Thimo. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum dyaboli, & desideria multa & nociua, quæ mergūt hominem in interitum & perditionem.

Concludamus, Ergo non concupisces.

Hec sint dicta q̄uis breuia de decem præceptis domini, quæ dn̄s deus dedit hominib9, ut in eis non solum instruerentur, sed ad ea obligarent̄. Quod quidem deum decebat, & nobis expediebar, Deum eo ꝙ in se iust9 est, & est emulator iusticiæ in suis, decebat imponere homini leges iustitiæ, & eum ad eas obligare, Vt nullo modo ei liceret eas transgredi impune. Nobis autem expediebat, ut sic non solū naturalis racio, sed etiam reuerētia diuini imperij, nos ad uirtutum opera per diuinoꝝ mandatorum obseruantiam inclinaret, utq; dū homo ad mandata obligatus eis obediret ex charitate, amplius in merito proficeret, & ad maiorē gloriæ cumulū peruenire

niret, ad quam gloriam nos perducere dignetur domin9 omnipotens pater & filius & spiritussanctus, Amen.

De oratione Dominica.

Circa dominicã orationem dicem9 tria, Primo adhortationem ad orationem, Secũdo, cõmendationem orationis dominicæ, Tercio expositioné eiusdem.

Quantum ad primum, dicit Chrisosto. libro. 1. & 2, de modo orandi, Existimemus fratres, hanc esse uitam, hanc sanitatem, hanc opulentiam, hanc bonorũ omnium summã, uota nostra deo offerre, syncero & puro corde, Nam sicut sol lucem prebet corpori, sic animæ lumé est precatio. Et si ceco damnosum est non intueri solem, quanto grauius est damnũ homini Christiano, si non assidue deprecet᷑, neq; Christi lucem inducat in animum suum?

Iam uero quis non obstupescat & admiretur tantam benignitaté & bñuoléntiam, quã in nos declarat deus, qui ho-

minibus tantũ honorẽ largitur, ut di-
gnos nos habuerit, qui cum ipso collo-
quamur, nostraq; uota apud ipsum de-
ponamus? Nam uere profecto cũ Deo
confabulamur, quotiés uacamus depre
cationi. Quanta hæc dignitas? quanta
utilitas? Sumus quidem natura morta-
les, sed huiusmodi colloquio cum Deo
ad immortalem uitam transimus. Ne-
cesse est em̃, ut qui cum deo familiarita
tem habeat superior euadat & morte &
omni corruptione,
Quanta autẽ orationis sit utilitas, patet
ex hoc primo. Si qui cũ Cæsare miscent
sermones, familiariterq; cum eo uersan
tur, non possunt esse pauperes, multo
minus fieri potest, qui deum deprecat̃.
Neq; em̃ fieri potest, ut nõ obtineat qui
petit pudicitiam, iusticiam. mansuetudi
nem, benignitatem, quum ipse domin⁹
Joh: xvi· dicat. Petite & dabitur uobis. Om̃is qui
Math: 1· petit accipit.
Ita etiam, si qui cum sapientibus ui-
ris colloqui solét, propter assiduam cõ-
suetudinem, breui sic transmutant̃, ut
illorum prudentiam referant, Quid di
cere conuenit de his, qui cum deo collo
quia

quia miscent, ei sua uota deferētes? quāsta sapientia, uirtute, prudentia, bonitate, sobrietate, morū æquitate, replet illos pcatio? Precatio ergo est causa omnis uirtutis, & iusticiæ. Ideo si uidero aliquem, nón amanté studium orādi, cognosco quod nihil egregie dotis in animo possidet. Econtrario, si quis insaciabiliter adheret cultui Diuino, & id in summis damnis numerat, si non continenter orauerit, coniecto talem esse firmum meditatorem omnis uirtutis, & Templum Dei, Etenim si uestitus hominis, si pedum incessus, si risus dentium, declarat q̃lis quisq; sit, ut dicit Salomō. multo magis deprecatio & cultus Dei, signum est tocius iustitiæ, quū sit ornatus animæ.

Altera utilitas. Impossibile est absq; præcationis studio, cum uirtute degere. Nam qūo fieri potest, ut quis uirtutem exerceat, nisi continenter adeat, & supplex ad genua pcidat ei qui omné uirtutem largit̃ hominibus? Rursus qūo fieri potest, ut aliquis cōcupiscat esse tēperatus & iustus, nisi lubens cū eo consuetudinem & colloquium habeat, qui

hæc & alia multa exigit a nobis?

Tertia, precatio est Pharmacũ quodam egrotantib9 animis. Exemplo sunt
Jone · iij · Niniuitæ, hos clarũ est præsidio deprecationis accepisse remissioné plurimorum scelerum, quibus diuinam iram in se prouocauerant, Quá primũ enĩ cæperunt orare, statim oratio iustos illos reddidit, & correxit statim ciuitatem, quæ iam assueuerat lasciuiæ, & maliciæ, Mox oratio impleuit eorũ ciuitatem cœlestibus Legibus. Mox mansuctudo, temperantia, cura pauperũ apparuit, Ita ut qui prius eam nouisset, nequaq̃ agnouisset mutatam, sicut si mulier mendica uestibus aureis indueret̃. Ita ut dici possit. Hæc mutatio dextræ excelsi.

Quarta utilitas, q̃ p̃catio, non solum purgat a peccatis, sed etiam ingentia pericula depellit. Dic queso, qũo Moyses populum Israel in bellis seruauit? Nõne p̃catione?
Exo : xvij · Arma cum exercitu discipulo Iosuæ tradidit, Ipsæ uero orationẽ opposuit hostiũ multitudini, docens p̃ces istorũ plus ualere, quá arma, quam pecunias, quam multas copias, Orante enĩ Moyse superabant Iudæi.

Dauid

Dauid ille tantus, multos ac seuos inimicos effugit ope ꝑcationis, non aliis armis exercitũ muniens, & uictoria potitus est, Alij Reges spem ponunt in peritia Militũ, in sagittarijs, cataphractis, in equitibus, Dauid autem in ꝑcibus, Hij inquit in Curribus & in Equis, nos autem in nomine Dñi, Illa sæpe in bello fallunt, Hæc nũq̃. Congressurus cum illo Goliath, ad orationem confugit, & uicit, ps. 19. 1. Reg: xvij

Ezechias Rex contra Sennacherib, oratione uicit. Daniel a Leonibus oratione tutus factus est. 4. Reg: 19. Dani: 6.

Tres pueri in Camino tuti oratione. Dani: 3.

Paulus omnes gentes per orationem saluas fecit, semp illud dicens, Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi nostri Iesu Christi, ut det uobis scd'm abundantiam gratiæ suæ uirtute corroborari per spiritum ipsius, ut Christus habitet per fidem in cordibus uestris. ad Ephe: 3.

Et quũ esset tant9, mortuos suscitans, sanans languores etc, sæpe dicit, Orate pro me. acto: 20 acto: 13 acto: 14 acto: 19.

Quinta orationis utilitas, ꝙ animam puram facile reddit, Docet nos ille pub

licanus, qui pecijt a Deo remissionem peccatorũ, & impetrauit, Luc. 18. Docet & ille Leprosus, qui simul ut ꝓcidit ad pedes Dñi, mundatus est, Quod si Deus corpus morbo corruptũ celeriter ob orationẽ sanauit, multo magis animam, quæ morbo tenet̃ humaniter sanabit. Etenim q̃nto p̃ciosior est anima corpore tanto magis consentaneum est hanc Deo maiori, curæ futuram.

Obiectio.

At dicet aliquis deditus socordiæ & segnitiæ. Tamen dicit Christus, Matth. 5. Non omnis qui dicit mihi Dñe dñe, intrabit in regnũ cœlorũ etc, ergo oratio non uidet̃ esse tantæ efficatiæ. Respondet̃. Atqui ego si crederẽ solam precationem ad salutem nostram sufficere, merito ꝓcederet obiectio, Nunc autem quũ ꝓfitear deprecationẽ caput esse omnium bonoꝝ, basim & radicem uitæ frugifere, non procedit obiectio.

His de causis, quũ tantæ utilitatis sit precatio, Paulus tanto studio nõ cessat nos adhortari, dicens, Orationi instantes, uigilantes in ea cũ gratiaꝝactione.

ad col: 4.

Et

Et alibi, Sine intermissione orate. ·i· ad Tessa: ·5· d·
Hæc est eñ uoluntas Dei.

Ideo oportet & stratis relictis, diuino cultu ortum solis ꝑuenire, & quum ad mensam accedimus, & quũ nos ad nocturnam quietem recipimus. Quin pocius oportet singulis horis unam precationem offerre deo, ut orãdi cursus, diei cursum equet. Cæterum hyberno tẽpore decet etiam noctis maximam partem precibus impendere, ac flexis genibus, multo cum tremore instare deprecationi, hoc ipso nos beatos existimantes, ꝙ Dei cultui uacamus. Dic eñ mihi, qua fronte solem intueberis, nisi prius adoraueris eum, qui lumẽ illud dulcissimũ oculis tuis mittit? Quo pacto frueris mensa, nisi prius adoraueris eũ, qui tibi tantum bonoꝝ largit᷑? Qua spe trades teipsum nocturno tẽpori, nisi teipsum ꝑmunieris orando? Nimirum, contemptibilem captuꝗ facilem teipsum ꝓbebis sceleratissimis spiritib⁹, qui cõtinue obambulant, obseruantes nos, ut si quem deprehenderint nudatũ orationis ꝑsidio, protinus abripiant. Si uero nos conspexerint deprecatione com-

munitos, ilico resiliunt, non aliter quã predones ac facinorosi, ubi, ubi conspiciunt militis gladium in caput suũ uibrari.

Quomodo orãdum sit.

Orandũ est autem cũ multo tremore, & rursus cũ multo gaudio. Tremore quidem dũ metuimus, ne uideamur indigni, qui deum p̃cibus alloquamur. Rursus gaudio repleamur. Reputantes honoris magnitudinem, qđ deus mortaliũ genus, tanta cura sua dignat9 sit, ut assidue diuino colloquio frui liceat. Hæc docuerunt nos angeli sancti, qui apud prophetas describunť om̃es multo cũ tremore laudes & cultum dño offerentes. Facies quidem ac pedes ob ingentem reuerentiam tegẽtes, uolatu uero, dum non ualent in quiete manere, magnum tremoré declarantes. Nimirũ & nos illud interim docentes, ut tantisper dum oramus, humanæ naturæ obliuiscamur, sed occupati mentis alacritate simul & tremore, nihil respiciam9 rerum p̃sentium. Sed, existimemus nos in angelorũ medio consistere idemq; sa

Esa: 6.

cri

crificium cū illis peragere. Nam in reli- quis multū discriminis est inter condi- tionem illorꝝ & nostrā, siue naturā expē das, siue uiuendi genus, siue sapientiā, siue intelligentiā, siue quicquid aliquis recensere possit. Cæterum orare, cōmu ne est opus angelorum pariter & homi- num.

Secundo dicamus cō- mendationē Orationis Dñicæ.

Inter omnes orationes dominicas, quas sancta frequentat ecclesia & fideles eius filij oratio dñica iure obtinet primatū, & supremū locum. Primo ob dignita- tem authoris, quoniam ab ipso dei filio composita est & edocta, sacroq; eius ore deprompta. Et idcirco deo patri iure acceptissima, & quam libenter exaudiet tanq̄ a filio suo dilecto editam. Vñ Ci- prianus in sermone de oratione dñica, Quæ potest esse spiritualior oratio, q̄ q̄ a Christo nobis data est, a quo & spiri- tussanctus nobis missus est? Quæ apud patrem p̄catio exauditior, q̄ quæ ab ore filij, qui est ueritas, prolata creditur? Qui em̄ nos fecit uiuere, docuit & orare

ut dum prece & oratione.quã filius do-cuit apud patrem loquimur, facillime utiq; exaudiamur,Hæc ille .

Secũdo excellentior est hæc oratio q̃ cæteræ,ob ipsius breuitatem,ex qua multiplex prouenit utilitas.Siquidem ob succinctam illam breuitatem facilius discitur atq; scitur,melius infigitur mẽti,memoriæq; mandatur,frequentius iterat̃ , minus fastidit orantem, q̃ si esset prolixior,plus etiã affectu q̃ uoce nobis orãdum esse designat, dum paucis uerbis contexit̃,deniq; ignorantem ipsam grauius negligentiæ accusat,quũ modico labore disci & sciri possit.

Tertio huius orationis excellentia supra cæteras omnes p̃spicit̃ in continentia sententiarũ atq; petitionum quas in se complectit̃,Septem em̃ petitiones ipsa in se continet,in quib9 uniuersa quæ a Deo licite desiderari & postulari possunt,continent̃, Vñ August.ad probã . Si recte & congruenter oramus,nihil aliud petere possumus,q̃ quod in oratione Dominica positum est. Et si omnia sanctorũ precationum uerba discurras, q̃ntum estimo,non inuenies,quod non

S. Augu: pulchra exaggerat.

illa

illa oro dñica ꝯtineat & includat, & subdit declarãdo. Qui enĩ dicit. Clarificare in omĩb9 gentibus, sicut clarificat9 es in nobis, quid aliud dicit, q̃. Sanctificetur nomen tuum ? Qui dicit, Ostende faciẽ tuam & salui erimus, quid aliud dicit, q̃. Adueniat regnũ tuũ ? Qui dicit, Dirige gressus meos in semitis tuis, quid aliud dicit, q̃, Fiat uoluntas tua ? Qui dicit, pauptatem & diuitias ne dederis mihi, quid aliud dicit, q̃, Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie ? Qui dicit Memento Dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Et si reddidi retribuentibus mihi mala, quid aliud dicit, q̃, Dimitte nobis debita nr̃a ? Qui dicit, Aufer a me concupiscentias uentris, quid alid᷑ dicit, q̃, Et ne nos inducas in tempta. Qui dicit. Erue me de inimicis meis De9 meus, quid aliud dicit, q̃, Libera nos a malo ? Et sic, si per omnia p̃cationũ sanctorum uerba discurras, nihil inuenies, qd᷑ non in ista oratione Dñica continet᷑. Studiose igit᷑ a quolibet fideli est frequentanda hæc oratio quæ tantæ est dignitatis & eminentiæ.

Tertio uidebimus expositionẽ oratiõis Dñicæ. Oratio

Duæ partes orationis Dñicæ

Oratio Dñica, duas partes principales cōtinet. In prima captat beniuolentiam eius qui rogat. In scd'a ponūt petitiones earū rerū quæ ab ipso postulant. Et ista scd'a pars incipit ibi. Sanctificetur nomen tuum.

De primo notandū, q̧ sicut qui rogare uult hominem, Primo incipit a laudibus ipsius Ambro. de sacramētis. Dic mihi, si rogare uolueris hominē, & sic incipias. Da mihi quod peto, nonne arrogans uidet oratio? Propter quod sapiētes oratores. Hanc habent disciplinam, q̧ incipiunt a iudicis laudibus, ut eum fautorem sibi p̄stent, & beniuolum faciant cognitorem. Idem quoq; in hac oratione obseruatum conspicit. Nam beniuolentia captat, cum dicit. Pater noster qui es in cœlis. In quib9 uerbis primum cōmendat Deus a magnitudine dilectionis & benignitatis suæ in nos, qua pater noster uocari dignat a nobis. Est autē ipse De9 pater noster, quia nos creauit, quia nos redemit ab æterno interitu, & quia nos adoptauit p gratiam potissimum Baptismalem.

Obiectio

Queritur ergo, quare in hoc loco, poci9 nomen

Quare nomen prīs ponitur in principio

nomen pater positũ est a Christo, q̃ aliud quodcũq; nomen pertinens ad laudem dei, ut dñs, aut deus, uel omipotens? Re- Solutio spondet, hoc fecit dominus propter rationabiles causas. Primo, ad designan- 1 dum suauitatem & dulcedinem nouæ Legis, cuius hæc est oratio, in qua deus ipse ad nos se habet, ut pater optim9 ad dilectissimos filios. Et ita in Euangelio Matth, 5. nuncupat a Christo frequenter, ut cũ ait. Estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfect9 est. Et Matth. 6. Vt sitis filij patris uestri, qui in cœlis est. In Veteri autem Testaméto, quod erat seruitutis & timoris. Exo. 20. sub cõ memoratione dominij ipsius dei super homines, data sunt præcepta. In quorũ fine id sæpe repetitur. Ego dñs. Ego dominus deus uester.

Secũdo nomen patris ponit in princi- 2 pio orationis dñicæ, ut cum maiori fiducia impetrandi quod petimus, accedamus ad deum, quoniam eo nomine, paterni affectus explicat beniuoléntia, quæ ad audiendas filiorum petitiones solet esse ꝑpensissima. Vnde Bernardus Ora- Bernardus cio quæ paterno dulcescit nomine, omnium

nium petitionum mearũ impetranda-
rum mihi fidutiam præstat.

3 Tercia ratio, ut ex hoc nobis ostenda
tur, ꝙ debemus sibi seruire, non ex timo
re pœnæ sicut serui dñis suis seruiunt,
sed sicut boni filij optio patri ex amo-
re, & solo filiali timore. Talis em̃ affect9
amoris ad deum a nobis habendus est,
ut si uerberet, si castiget, si aduersi ali-
quid immittat, ab eo non recedamus, si
cut serui qui a dominis prementib9 fu-
giũt, sed ei adhuc ut boni filij amore in-
hereamus & seruiamus.

Ista Particula Nr. quare additur

Vltra addit, noster, ut ex hoc mouea-
mur ad fraternum amoré ad om̃es ho-
mines habendũ, Non em̃ dicitur, Pater
meus, sed noster, ad significandũ quod
est omniũ pater. Sicut ergo habemus
unum patrem in cœlo, ita debem9 nos
cognoscere esse fratres in terris, & ex hoc
mutuo ostendere fidelitatem & frater-
num amorem. Tollitur hic omnis occa
sio superbiæ, ne diuites & nobiles sup-
biant contra cæteros, sed noscãt eos esse
fratres natura, & natura pares, q̃uis quo
ad fortunam sint dispares, ut dicit Au-
gust. Ser. in monte domini.

Superbie occasio tollitur

Est

Est & alia ratio, quare dicit. Noster qd est plurium significatiuũ, ut nobis inuicem impendamus orationũ suffragia, nõ solum pro nobisipsis, sed & pro aliis orantes, cum & hic in principio, & per totũ orationis dñicæ contextum uidemus pronomina quæ orantem demonstrant esse plurium significatiua, ut, Panem nostrũ, dimitte nobis, Libera nos etc. Altera Ratio

Vltra, cum dicit, qui es in cœlis exprimitur dei cõmendatio ab habitationis suæ supereminentia, ubiq; quidem est. Vnde dicit Hiere. 22. Cœlum & terram ego impleo. In cœlis tamẽ frequẽter in scriptura sacra esse dicit, propter excellentiora & mirabiliora eius opera, in corporũ cœlestium pulchritudine, ordine & operatione, clarius relucentia.

Addidit etiã, in cœlis, ut oraturus mox animũ omnẽ ab his terrenis ad cœlos transferat. In cœlis quare

Iam sequunt septem petitiones, quarũ prima est, Sanctificet nomẽ tuum. Et merito quidem hæc est prima. Nam cũ deum, patrem nostrũ dicamus, tanq̃ boni filii, ante omia, honorificentiã diuini nominis expetere debemus. In

In cæteris autem sex petitionib9, duo generatim petim9, scz, collationem boni & amotioné mali. Atqui, bona quæ nobis conferri exposcim9, sunt triplitia scz. maxima, utputa consecutio regni cœlestis. Et hæc poscunẽ in scđa petitiõe cum dicimus. Adueniat regnũ tuum, Alia sunt media bona, quæ scz ad animam ptinent, ut gratia Dei, uirtutes, & bona opa, p quæ uoluntas Dei a nobis cõpleẽ, Et hæc media bona, in tertia petitione quærũẽ cum dicim9. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Deniqȝ minima bona sunt, quæ ad corporis sustentationem ptinent, & p̃stant adiumẽtum ad salutem, ut uictus, amict9, & similia corporis adminicula, Hæc auté in q̃rta petitione querunẽ a Deo cum dicimus, Panem nostrũ etc. Panis em̃ nomine, omnia corpis necessaria intelligunẽ ibidem. Mala uero quæ auferri a nobis petere debemus, etiam sunt triplitia scz Maxima, Media & Minima. Maxima mala, nr̃a sunt pctã, quæ nos separant a Deo & detrudunt in mortem æternam scđm illđ Ezech. ca. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morieẽ. Et hæc a nobis tolli

li exposcimus, in quinta petitione, quæ est, Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos etc. Media uero mala, sunt peccatorũ occasiones, quæ nos inducunt ad ruinam & lapsum, nisi uiriliter eis resistamus, q̃les sunt tentationes Dæmonis mundi & carnis. Et hæc a nobis remoueri exposcim9, in sexta petitione, cũ dicimus, Et ne nos inducas in temptationẽ. Demũ, minima mala sunt damna corporis & rerũ externarũ nobis utiliũ, ut egritudo corporis, pauptas, orbitas & similia, quæ p̃stant infirmis animis & debilibus sæpe materiam pro labendi in pc̃tũ per impacientiã aut alio quouis modo. Et hoc etiam a nobis sustolli deposcimus in septima petitione, cũ dicimus, Sed libera nos a malo, Ecce septem petitiones in oratione Dñica cõtentas.

Dicit ergo prima petitio. Sanctificet nomen tuũ, q̃si dicamus, quũ pater nr̃ sis o clementissime Deus, & patres etiã carnales honorandi sunt, iuxta p̄ceptũ tuum, Ante omnia ergo tanq̃ filij affecti in patrem, petim9 nomen tuũ sanctificari & honorari a nobis.

Debet autẽ nomen Dei a nobis tripliciter

Nomen Dei 3 p. honoran. 1. Cordis affectu

ps. cxxiii

2 Ore & gestu corpo.

citer ſanctificari, id eſt honorari, Primo pio cordis affectu, & ſyncera animi meditatione, ſæpius id nomen cogitatiõe reuoluendo, & cõfidentiã ſalutis in illo nomine collocando, ut cum Prophera ſyncera mente dicamꝰ. Adiutoriũ nr̃m in nomine dñi. Scđo debemꝰ ſanctificare nomen dñi, ore & geſtu corporis. Ore nominando ipm̃ quãdo fuerit opus, cũ timore & reuerentia, tanq̃ nomẽ quod Angeli ſancti contremiſcunt. Geſtu uero corporis quãdo audimꝰ ipm̃ in ſacra Scriptura nominari uel ab aliquo ꝓferri, inclinando Caput, flectendo genua, aut aliquod aliud reuerentiæ ſignũ exterius exhibendo. Nam hæc ſigna indicãt pium animi affectum ad Deũ, Nam & quũ publicaꝭ aliquod Regis edictũ coram Populo & diciꝭ, dñs Rex mandat, omnes aſtantes detegunt caput, exhibẽt reuerentiam, multo potiore iure id fieri debet, qñ audiꝭ nomen Dei regis æterni. Inſuper & ore debent oĩes ſanctificare nomen dei, deuota oratione etiam ore facta, ipſum nomen dei inuocãdo. Nã talis diuini nominis inuocatio preſtat ſalutem, Iuxta illud Iohelis. 2. Oĩs qui

cũq;

cūq; inuocauerit nomē Dñi saluus erit.

Tercio debét fideles sanctificare nomen Dei, opere & facto, insistédo scilicet bonis operationibus, & obseruationi mandatorum Dei, & omnia opera bona principaliter in honorem diuini nominis referendo. Sicut dicit Apostolus prima Chor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 3. opere.

Contra hoc peccant uarij tripliciter. Peccant tripl.
1 Primo nō sanctificant nomē Dei, qui totum sui cordis affectum in illo nō collocant, neq; fiduciam, sed pocius in diuicijs, aut in amicis suis, & fauore humano. Hiere. 7. Maledictus homo qui confidit in homine. Secūdo inhonorát nomen dñi, qui illud in ore suo assumunt in uanum iurando, blasphemando, deierando. Tercio nō sanctificant sed inhonorant nomé domini, qui opera sua nō faciunt principaliter ad honoré diuini nominis, sed ad humanā laudem, uel ad alium finem indebitum. 1 2 3

Secūda peticio, Adueniat regnum tuū. Secūda petitio
Boni filij est propriū hæreditaté paternam expetere, & ad illam pio mentis af

fectu suspirare. Cum igit ipse pater noster sit, & nos eius filij, & habet præclaram hæreditatem, scilicet regnum cœlorum, omi opulentia bonoꝝ refertũ, recte ergo hanc hæreditatẽ nobis dari expetimus, dicendo. Adueniat regnũ tuũ.

Regnum Dei quid. Regnũ autẽ dei est beatitudo essentialis, scilicet clara dei uisio, & beatifica fruicio, & inæstimabile gaudiũ de deo clare uiso, & totis uiribus sine fine amato, quæ omnem appetitum tunc primũ saciabit. Cũ ergo dicimus. Adueniat regnum tuũ, petimus ut pater noster cœlestis det nobis, ut post uitæ huius terminũ adueniat nobis illud suũ regnũ, ut eum clare uideamus sicuti est, & eo beatifice sine fine fruamur.

Dicim9 ergo, adueniat regnum tuum. Nam illud cõprehendit, omnia optabilia & desiderabilia. Et quæ sunt ista?

uita. Primũ optabile est uita. Ibi est uita, nõ dubia ut uita huius mundi, quæ morti est obnoxia, sed uita perpetua.

Quies. Secundũ optabile est, quies. In regno Dei est quies, non ad tẽpus, & labore interrumpenda, ut quies huius mũdi, cui iterum succedit labor, sed ibi est quies sempiterna.

Ter-

Tercium optabile est lux. Ibi est lux nō interrumpenda tenebris, sed lux sempiterna & continua. Nam claritas Dei illuminat illud regnum, & lucerna eius est agnus Apoca. 21. Lux

Quartū est pax, Ibi est pax, non mundana neq; quomodo mundus dat, ubi sæpe sub umbra pacis obteguntᵉ bella sæuissima. Neq; hic pax diuturna. In regno uero cœlorū, omniū est ciuiū unanimis concordia, tranquillitas summa. ardentissima charitas, & amor syncerus & sine odio, & discordia. Pax

Quintum optabile, est gaudium & læticia. Ibi est gaudium, nō ut in hoc mūdo ubi plærūq; extrema gaudij luct9 occupat. Prouer. 13. Sed gaudiū purum, & uerum, in dn̄o. læticiaq; nunq̄ per tristiciam obnubilanda. Gaudiū

Sextum optabile est merces amplissima. s. uisio Dei. merces

Hæc sex sunt bona regni dei, quæ nos animare debent ad ip̄m ardenter expetendum dicendo. Adueniat regnū tuū.

Sed fratres, quam multi sunt, qui petunt hoc regnū sibi dari, sed non quærunt, primū id est principaliter regnum

Dei & iustitiam eius ut dñs iussit Matth 6. sed quærũt regnũ mundi, & gloriam eius, ornamentũ sæculi & diuicias eius, placitũ carnis & delicias eius, Tales frustra clamant, Adueniat regnum tuum.

Vnde & aliter exponitᷣ Adueniat regnum tuũ, id est, regnes tu Deꝰ in nobis & nõ regnet in nobis, Demon, caro, mũdus, ita ut non obediamus eorũ iniquis suggestionibꝰ. Sic enĩ ad illud regnum perueniemus.

Tertia petitio, Fiat uolũtas tua sicut in cœlo & in terra.

In præcedenti petitione, petiuimus regnũ cœlorũ, Dei autem facere uoluntatem hic in terris, est uia quædam expediens, & medium conueniens ad ꝑueniendum in regnum cœlorũ, Cum dicat Christus Matth. 7. Nõ omnis qui dicit mihi Dñe dñe intrabit in regnũ cœloꝝ sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, intrabit in regnũ cœlorum Recte igitᷣ post regni Dei petitioné, hic continuo subiungitᷣ postulatio diuinã uoluntatem faciendi. Nam frustra aliquis finis expetitᷣ si non etiam exquiráᷣ media accommoda ad finem eius perducentia.

Merito

Merito autem petim9 Dei uoluntatē a nobis hic fieri & compleri. Nam ipse pater noster est, & nos filij eius. Bon9 autem filius quid debet optare cōuenientius aut salubrius, q̄ quod uoluntas optimi sui patris a se & a fratribus suis integre ꝑficiat? Vt omnes mandata eius obseruent & perficiant?

Preterea notandū ꝙ in hac petitione non exposcim9 uoluntatem Dei ab ip̄o deo fieri, quoniā illa, nobis etiam non petentib9, ab ipso semꝑ fit, ut dicit Psal. Omnia quæcūq; uoluit dn̄s fecit in cœlo & in terra. Sed per hanc petitionem postulamus, ꝙ sicut dei uoluntas cōpletur a sanctis Angelis & Beatis in cœlo plene, ita & a nobis, & cunctis hominibus in hoc mundo fiat & impleatur. In cœlo quidem uoluntas dei semꝑ implctur. In terra uero non semꝑ. Quæ enim ꝓcipit Deus, plerūq; non faciunt homines, quæ uero ꝓhibet magna cupiditate prosequuntur.

Siquidē bona dei uoluntas duobus potissimū modis inter cæteros nobis innotescit primo precepto suo, quo iubet nos quæ bona sunt agere, diligere Deū

super omnia, & proximũ nostrum sicut nosipsos. Honorare parentes nostros, & eis obedire, refrenare cõcupiscentias carnis, odire mundi delicias, facere elemosinam. Sed quotus quisq; est inter homines, qui hæc om̃ia ad unguem peragat? Secũdo innotescit nobis ipsa Dei uolũtas in sacra scriptura. Prohibitione eorum quæ mala sunt, & animarũ nostrarum saluti noxia. cum scilicet uetat nos ꝑpetrare, furtum, rapinã, fornicationẽ, adulterium, loqui mendatium, aut falsum testimoniũ in proximũ. Cum etiã ꝓhibet nos cõmittere homicidiũ, habere odium in fratrem, & cõcupiscere rem alienam atq; uxorem proximi. Verum rari inueniunt qui ab his integre abstineant, quoniam ut plurimũ sequuntur homines potius suas concupiscentias, q̃ Dei uoluntatem. Quo circa non sine causa petimus, ut Dei uoluntas etiam a nobis in terra fiat.

Nam tria potissimum habemus, quæ nos retrahere solent a Dei facienda uoluntate. Primo mundus. qui per concupiscentiam oculorũ & cupiditatem diuitiarũ, impellit nos ad auariciam, dolos,

&

& fraudes, ad cõgerendas opes cõtra dei uoluntatem. Scd'o, caro quæ per concupiscẽtiam & illecebras carnales nos pellicit ad contemnendũ & postponendũ Dei uoluntatẽ & sequendũ noxia desideria carnis. Tercio Satanas, qui per superbiam uitæ nos etiam studet abducere a cõplenda Dei uoluntate, suggerendo ꝙ sublimia dignitatũ, & honorũ fastigia cõscendamus cõtra Dei beneplacitum. Dicentis Eccle. 3. Quãto magnꝰ es, humilia te in omĩbꝰ. Cũ igitur tot & tam infestos habeamus hostes, qui nos a uoluntate Dei moliunť auocare. Nõne opus est solicite auxiliũ dei & opem implorare, quia id ex nobis non possumus, ut det nobis gratiam & uirtutem ad faciendam suam uoluntatem.

Vltra notandũ, quod qñ dicimus Fiat uoluntas tua, petimus, ut pater cœlestis nobis donet ꝙ uoluntas nostra sic conformeť suæ uoluntati, ut uelimus omnia quæ scimꝰ ipsum uelle, & ꝙ omnia quæ circa nos aut nostros operatur deus, seu in p̃stando benefitia, seu pœnas & infortunia immittẽdo nobis placeant tanq̃ uolita a rectissima sua diui-

na uoluntate,uel ad minus q̄ talia no-
bis non displiceāt deliberate,nec delibe
rato animo eis recalcitrem9,aut contra
ea murmuremus.

Quod autem taliter nostram uolun-
tatem conformare debeam9 diuinæ uo
luntati,ut scz uelim9,quod scimus deū
uelle,& placeant nobis aut saltem non
displiceant nobis deliberate p̄spera &
aduersa,docet nos Scriptura Ecclesi.39.
Bn̄dicite dn̄m in omnibus opibus,& di
cetis in confessione, op̄a dn̄i uniuersa
bona ualde.Et Psal.dicit.Bn̄dicam do-
minū in omni tempore. Sup̄ quo dicit
August.Nūquid solū quando tibi bene
facit,quādo abundant temporalia,mul
tum frumenti,Vini,& olei,auri & argē-
ti,pecorū & domorū etc,tunc benedicis
dn̄m? Non, sed omni tēpore, bn̄dic &
quādo ista dat,& quādo ea tollit, quia
illa dat & ista tollit,sed seipsum a bn̄di-
cente non tollit.

Hic querit̄, Vtrū homo teneat̄ semper
uoluntatem suā cōformare diuinæ uo-
lūtati? Rn̄det̄ qn̄ homo nescit uolūtā-
tem Dei,nō oportet ut cōformet uolū-
tatem suam diuinæ uolūtati,immo po-
test

test cõtrarium uelle. Exemplum, Bonus filius licet uideat patrem suũ infirmum nõ ꝑpter hoc debet uelle, nec debet sibi placere ꝙ pater suus moriat̃, nec ꝙ infirmitas eius nõ remittat̃, quia nõ constat sibi quod patrem suum Deus uelit mori & nõ sanari, quod si sibi constaret, nõ deberet uelle, nec per uiam medicinæ laborare uel aliunde ꝙ sanaretur.

Corollarie sequitur, quod esset bonũ & laudabile, & signum magnæ uirtutis ꝙ homo semp̄ haberet deliberata uolũtate cõplacentiam in omnibus dei operibus, & quicquid aduersi sibi inferret, totũ cum gaudio susciperet. Illud tamẽ non tenemur ex necessitate facere, quia in hac uita non cognoscim9 pfecte uoluntatem Dei, & etiam sensualitas non pfecte obedit rationi, & ideo in hoc obsistit uolũtati, Sed ut dicit Tho. in fine primi sentẽtiaꝝ, sufficit in talibus non recalcitrare diuinæ ordinationi, & non deliberate contrariũ uelle, sed nõ oportet in hoc gaudium experiri.

De Quarta petitione.

Quarta petitio est, Panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie.

Natura-

Naturale est filijs petere cibum a parentibus quo indigent ad sui sustentationem, neq; ad alienos cõfugiunt neglectis suis parentibus, Deus autem pater noster est, & nos filij eius. Iure igit̃ ab eo in hac petitione postulamus panem nobis dari ad corporis sustentationẽ, ut ipso corpore bene disposito & p cibum reparato, utatur anima ad bñ operandũ. Et recte ad ipsum pro pane cõfugimus Est eñ ditissimus, quia domini est terra & plenitudo eius, & liberalissime om̃ia
ps, 144, pascit, ut dicit Psal. Oculi omniũ in te sperant dñe, & tu das illis escam etc. Et iterũ. Qui dat escam om̃i carni. Ex quo ualidum sumit̃ argumentũ, q̄ is qui pascit uolatilia cœli, ipsum hominẽ non negliget.

Pro declaratione huius petitionis, Notandũ imprimis q̄ petendo panem, petimus nobis concedi a dño quæcũq; ad corporis nostri sustentationẽ necessaria sunt. Qualia sunt, cõueniens cibus & potus, uestitus, domicilium, & cætera bona externa, ad cuiusq; status decẽtiam accõmoda. Quod autẽ in petitione ponitur panis. Hoc ideo fit, quia inter ali-

men-

menta nostræ naturæ cõuenientia. Panis primũ obtinet locum, & cõmunissimus est atq; congruentissimus. Ideo Gene. 28. Dixit Iacob. Si Dñs dederit mihi panem ad uescendũ etc. id est, uictũ.

Preterea secũdo notandũ, q̃ Dñs solum panem hic nominauit, & non carnes, pisces, uinum, ac similia id genus, quibus etiam indigent homines ad cõgruũ & salubrem uictũ, ut ex ipsa loquẽdi forma & mõ, nobis insinuaret, nos quã cõmodissime possumus, paucis cõtentos esse debere, & cõmunibus esculẽtis & poculentis, ad uictum necessarijs, siue lautiorum ciborũ exquisitione, Vn de Chrisost. exponens hanc particulam super Matth. dicit. Christ9 solum panẽ petendum docuit ut habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti sim9, innuens q̃ solum petere debeamus necessaria, non delicata, nec superflua, Hunc autẽ panem in presenti petitiõe nostrum dicim9, quantũ ad usum & acceptionẽ, quoniã eum in usum nostrũ recipimus. Idem tamen panis noster, ipsius Dei est ut authoris atq; datoris, qui nõ modo spiritualium sed & tempora

lium

lium bonorum omnium largitor est unicus & primarius. Petendo autem hunc panem, significamus, quod ex nobisipsis & nostra uirtute hunc panem habere non possumus, sed ipse Dominus posset nobis dare si uelit.

Dicimus quoque, quotidianum, hoc est quotidie quandiu hanc ducimus uitam, nobis necessarium, & qui pro cuiusque diei uictu sufficiat, ut eo nomine quotidianum, insinuemus panem nostrum a Deo quaerere, quantum uniuscuiusque diei necessitas & usus exigit. Et hoc modo, scilicet, quotidianum Christus nos petere docuit, secundum Chrisost. ut luxuriosos cibos compesceret, & disceremus manducare quantum naturalis ratio requirit, non quantum carnalis lasciuia impellit. Qui enim (inquit) in uno conuiuio ad superfluitatem & luxum tantum expendit ciborum, quantum sufficeret pro octo dierum alimonia iam quotidianum panem non manducat, sed multorum dierum.

Oramus insuper panem quotidianum nobis dari, ut sic doceremur solicitudinem immoderatam & anxiam rerum temporalium abijcere. quae spiritualium & diuinarum

rerum

rerum contẽplationi eſt impedimento. Hanc curam abijciendã eſſe Dñs edocuit Matth. 6. Nolite ſoliciti eſſe dicentes, quid mãducabim9 aut quid bibem9 aut quo operiemur? Hæc em̃ om̃ia gentes inquirũt. Scit em̃ pater ueſter cœleſtis quia his om̃ibus indigetis. Et ideo, Hodie petimus nobis dari dicentes, da nobis hodie ne nimia ſolicitudine in annos plurimos cõgeramus ea quæ ad uictum attinent, quod periculoſum eſt.

Intelligiť etiam hæc petitio de pane ſacramentali ſcilicet ſacroſancta Euchariſtia. Nam & Matth. 6, ſic dicitur. Pané noſtrũ ſuperſubſtãtialé da nobis hodie, id eſt, cunctas ſua dignitate excedens ſubſtantias, & merito excedẽs, quia & animæ eſt refectio uitalis, & excellit cæteras creaturas omnes, hic panis quotidianus recte diciť, quia quotidie a nobis percipi poteſt. Etſi non ſacramẽtaliter, tamẽ ſpiritualiter, quãdo deuoti, & cum peccatoꝝ cõtritiõe aſſiſtimus officio miſſæ. in quo Sacerdos non ꝓ ſe ſolum, ſed etiã pro tota fidelium multitudine, panem illum ſalutarem offert deo in ſacrificium, Quare debemus deũ ſup

pli-

pliciter orare, ut singulo quoq; die det nobis panem illum supcœlestem, saltē spūaliter, & scd'm gratiæ efficatiā, ut scz grām & dona tanti sacramēti recipiam⁹ in anima.

De quinta petitione.

Quinta petitio, Et dimitte nobis debita nr̄a sicut & nos dimitti. debi. nr̄is.

Fili⁹ aliquis mandatū patris sui trāsgressus & uoluntatem eius aspernatus, ut suas sequat̄ cōcupiscentias, cū postea reuertit̄ ad cor, & ducitur pœnitudine, quia benignū & bonū patrem offendit, ad genua patris sui supplex ꝓuoluit̄, & ueniam de illa offensa cōplosis manib⁹ orat. Ita & nos quia grauiter offendim⁹ patrem nostrū cœlestem, & multis pc̄tōrum debitis sumus in ip̄m astricti, ꝓcūbere debem⁹ humiles ante soliū maiestatis eius, fateriq; nos peccasse cōtra legem eius, & pro impetranda nr̄oꝝ pc̄tōrum remissione, ip̄m suppliciter exorare debemus per hanc petitionem, Et dimitte nobis debita nostra.

Racio autē, quare ab ipso remediū contra uulnera animaꝝ nostrarū, querere debeamus. est, Nam ipse primarius est & p̄cipuus medicus atq; relaxator, a quo

con

cōferri posset hæc medicina nobis, scili-
cet remissio peccatorū, & ad ipsum solū
spectat propria authoritate peccata di-
mittere. Nemo em̄ potest peccata dimit
tere nisi solus Deus Marci cap. 2. Remit
tunt quidē & sacerdotes hominū pctā,
per potestatē a Deo acceptā, & tanq̄ mi-
nistri eius in sacramentorꝫ cōmunicati-
one. Iuxta illud Iohan. 20. Quorū remi
seritis peccata remittunť eis, sed id non
faciunt propria authoritate & uirtute,
sed solū per potentiam a Deo eis dele-
gatą. Solus autē Deus sua potestate ac
uirtute primaria.

Secūda ratio quare ad Deum confugiē-
dum est ꝑ peccatorꝫ remissiōe impetrā
da, quia illud est sibi peculiare & cōsue-
tudinariū, relaxare hominū peccata, ob
uiscera misericordiæ quæ in nos gerit.
Quēadmodū sancta ecclesia in una ora
tione id plane perhibet dicēs, Deus cui
ꝓprium est misereri semꝑ & parcere. Et
Propheta in Psal. Qui ꝓpiciať omnib9 ps. 102.
iniquitatib9 tuis, qui sanat omnes infir-
mitates tuas.

Tertia ratio, q̄re confugere debemus
ad Deū pro obtinenda pctōꝝ remissio-

 ne,

ne, quia ad hoc ipm nos dulciter inuitat, ut conuertamur ad ipm, & assequamur ab eo ueniã pctõꝝ, Nempe p Isai. ca. 1. dicit. Si fuerint pctã uestra ut coccinum, q̃si Nix dealbabunť, & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Et alibi sæpe.

Præterea pro intelligenda hac petitione, hoc sciendum est, ꝙ hic nomine debitorũ primo intelligant̃ pctã nr̃a, quibus deũ offendim9, & de quibus ei satisfacere debem9, scd̃m iustitiæ exigentiã. Quod autem per debita, pctã intelligantur, clare ostendit̃ Luc. 11. Hanc petitionem exprimens his uerbis. Et dimitte nobis pctã nostra, siquidẽ & ipsi dimittimus omni debenti nobis.

Huiusmodi autem hic debita recte dicunt̃ nostra, quoniã neq; authore Deo, neq; ipso adiutore sunt perpetrata pctã nr̃a, sed a nobisipsis nostræq; uoluntatis deflexione ad malũ, hoc Oseæ ca. 13. nobis dñs contestat̃ dicens. Perditio tua ex te Israel, tantũmodo ex me est auxiliũ tuum. Inclinatio eñ nostræ uoluntatis ad malum & ppetratio mali nullo modo est a Deo, sed ex nostro defectu, & puersitate dũtaxat. Præte-

Præterea, in hac petitiõe, nomine debitorũ scd'm sacros expositores possunt intelligi pœne temporales pro peccatis ante cõmissis, & quas scd'm diuinæ iustitiæ rectitudinem debemus psoluere in hoc sæculo uel in altero.

Vltra dicit', Sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris, Debitores nostri dicũt', qui aut uerbo aut ope nos offenderunt, maliue quippiã, ut iniuriam, infamiam aut dãnũ nobis intulerunt, Quibus tunc ex corde dimittim⁹ (ut debemus) nõ solo uerbo irrogatã iniuriam, qñ ex inde nec odiũ, nec indignationẽ animi in eos concipimus, neq; uindictã aut ultionem de illa expetim⁹. Et hæc dimissio est summope nobis necessaria, ad cõsequendã a Deo pctõꝝ remissionẽ quoniam sine ea nũq̃ obtinebim⁹ a deo pctõꝝ ueniam, cũ hanc Deo ꝑponam⁹ hic conditionẽ & sponsionem, ꝙ sicut nos dimittim⁹ nostris debitorib⁹, ita & petimus ꝙ deus nobis dimittat pctã nostra. Ex qua statim consequens est ꝙ si nos non dimittim⁹ hominibus, quæ debent nobis offensionũ genera, neq; de⁹ dimittet nobis pctã nostra. Et ad ꝓbandum

dum hoc adhuc lacius explicuit & repe-
cijt hanc particulã, cũ Matth. 6. subiun-
git. Si autẽ non dimiseritis hominibus,
nec pater ur̃ dimittet uobis pc̃tã ur̃a.

Nec sufficit peccanti ignoscere, nisi
eũ a quo offensus es etiam dilexeris. Nõ
potes dicere. Ego non loquar illi, non
occupabo me penitus cũ illo, fugiã ubi
ille fuerit, quare em̃ hoc non licet? Re-
spondeo. Ideo non licet quia constituit
tibi Deus mensuram & modũ cũ pxi-
mo tuo, quẽ faciet ipse similiter tecum.
Quomõ tu te exhibes fratri, ita se tibi ex
hibebit De9. Dicis itaq;. Nolo colloqui-
um, nolo cõmunicationẽ habere ami-
citiæ cũ hoc fratre. Si id dicis. De9 quoq;
tibi dicet. Ego me non intromittam de
te, nihil tecũ habeo. Hoc dicet, Nã qua
Math: 7. mensura mensus fueris, remetief tibi, &
q̃lem exhibueris te pximo, talem tibi fa
cies Deũ. Itaq; si offendit te frater, offen-
disti & tu Deũ. Si in gratiam redire uis
cũ Deo, reconciliare & tu proximo. Si
offendit pximus, cogita quia tu Deum
quotidie offendis multifariam, qui pro
te & nat9 & mortuus est. Diligam9 igit
1. Joh: 3. non solum lingua, sed ope & ueritate.

Com-

Cōmunia signa charitatis non licet ꝓxi mo negare nisi cū amissiōe charitatis.

De Sexta petitione.

Sexta petitio est, Et ne nos inducas in temptationem.

In hac petitione a futuris præseruari peccatis ꝑ diuinam miserationé deposcim⁹, sicut in p̃cedente a præteritis & iā cōmissis absolui petiuim⁹. In hoc sequétes boni filij conditioné, cui si imminet periculū uitæ, paternū auxiliū supplex implorat, qua eripiat̃ a periculo. Ita & nosipsi in medio laqueoꝝ hic positi, inter crudeles hostes, Carnem, Mundum, & Demonem, innumeris circumdamur periculis. Quod ut euadam⁹, dicim⁹. Et ne nos inducas in temptatiōem. Hostes nostri p̃cipue sunt triplices. Primus est domesticus, caro nr̃a, qué abijcere non possumus, quæ concupiscens contra spiritū carnalibus desiderijs militat aduersus animam. Scd̃us est mund⁹, hostis nr̃ familiaris blandimenta nobis uaria ꝓponens, ꝑ delicias, diuitias, honores etc ut nos fallat. Tertius, Sathanas hostis noster occultus & qué uidere non possumus, qui semꝑ insidias nobis meditat̃

Triplex hostis
1 Caro
ad Gal: 5.
2 mūdus
Sathan:

ad animarum nostrarum interitũ, Hij tres hostes impugnant nos quotidie, contra quos assiduam debemus gerere pugnã, nõ uno die, sed toto tpe uitæ nr̃æ. Ideo merito orare debem9, ne nos permittat tẽptationibus horum hostium superari, recognoscentes nr̃am infirmitatem, q̃ scz non sum9 sufficientes ex uiribus nostris resistere tot & tantis hostibus sed indigemus auxilio Dei.

Item porrigentes hanc orationẽ nõ petimus, ne Deus sit author & causa inducens nos in tentationẽ. Deus eñ neminem tentat, ut ait S. Iacobus. Hoc enim malũ est, Deus autẽ non est author mali. Inducere eñ in tentationẽ est hominem prauis suggestionib9 allicere in cõsensum peccati. Sed hic petimus ne sinat nos Deus pertrahi in cõsensum mali, & ab ipsa tentatione uinci, sed ut resistamus tentationi.

Neq; Deum orare debem9, q̃ omino uiuamus immunes ab omni tentatione, quoniã illud non expedit saluti nr̃æ. Nam ut testat̃ beat9 Paulus ad Thimo. Qui certat in agone, non coronabit̃, nisi legitime certauerit. Non potest autẽ

geri

geri certamen, si nullus adest hostis nos impugnans, Sed postulamus hic a Deo, ut in tentationibus efficiamur inimicis nostris superiores, & fortiores, ut extinguam⁹ om̃ia tela nequissimi ignea per Dei auxilium, ut etiam carnem spiritui subigamus reprimentes eius malas concupiscentias, ut deniq; mundũ cũ suis blandimẽtis cõculcemus & abijciam⁹.

Septima petitio.

Sed libera nos a malo Amen.

Hic petimus liberari a malo pœnæ præsentis uitæ & futuræ, sicut per precedentem petitionem postulauim⁹ liberari a malo culpe iam presentis aut imminẽtis sanæ si filius patrisfamilias uideatur sibi afflictionẽ aliquam imminere, ut morbum, calamitatem, indigentiã, aut tribulationẽ, ad quem citius recurret, q̃ ad patrem? Deus autẽ Pater noster est, Recte igit̃ per hanc petitionem ad ip̃m confugimus, & postulamus ut nos eripiat ab omni malo.

Nota, q͡ duplex est malum, malum culpæ, & est peccatum. Et malum pœnæ, Duplex malum

& est afflictio uel aduersitas, quæ accidit homini, in anima, corpore, aut bonis externis, ut calumnia, infamia, infirmitas, cæcitas, amissio bonorum etc. Et de huiusmodi malo pœnæ intelligitur hæc petitio. Cæterũ malum pœnæ adhuc est duplex. Aliquod est quod nobis euenire potest in presenti uita, Aliud est malum pœnæ post hãc uitam, ut ignis Purgatorij, uel ignis perpetuæ damnationis. Et ab hoc etiam malo petimus hic liberari. Ne scilicet hinc discedentes, nobiscum aliquid deferamus quod indigeat, igne purgatorio, aut exigentibus culpis igne Inferni perpetuo puniri. Et hec oratio debet a nobis solicite fieri, etiam quotidie, ut ab huiusmodi malo liberemur. Quod nobis conferat benedictus Deus in sæcula, Amen.

De symbolo Apostolorum.

Qui uult ingredi domum, petit ianuam, Quæ est ianua in cœlum? Respõdit Paulus, Accedentem ad Deum oportet credere. Et ad Roma. 5. Per quem ha-

ad heb: xi. b

bemꝰ

bem⁹ accessum per fidē in grām istā.

Fidei ostium humile quidem est, sed ingresso, ostendit inenarrabilem maiestatem diuinæ potentiæ Sapiētiæ & bonitatis. Submitte ergo caput.i. depone sensum carnis, & humane rationis argutias, ut simpliciter certoq; credas, quicquid nobis ad salutem tradidit diuina autoritas etiam si humano sensui uideatur falsum, aut impossibile. Fallit humana ratiocinatio, fallūt sensus corporis, solus Deus fallere non potest.

Quid est fides?

Respōdet, duæ sunt p̄cipue uires animæ, intellectus & uoluntas. Vtraq; uiciata est ex primo parente. Ratione sepe putam⁹ esse quæ nō sunt, aut nō esse talia, q̄lia sunt uolūtate sepe expetim⁹ mortifera p̄ salubrib⁹, sicut eger sepe, contra hoc duplex malum, diuina benignitas prouidit nobis duplex remedium, fidem quæ purificat rationē, & charitatem, quæ corrigit deprauatam uolūtatē. Fides pellit omnē errorem in his quæ pertinent ad salutem, Charitas remouet prauas cupiditates, ut ad ea tantum tendam⁹, quæ p̄cepit Deus. Fi-

Fides ergo, est donum diuinitꝰ infusum menti hominis, qua citra ullam dubitationem, credit esse uerissima, quæcũq; Deus nobis per utriusq; testamenti libros tradidit & promisit.

Fides extendit ad tria tẽpora, quædã em̃ credimꝰ quæ iam sunt preterita, ut mundũ a Deo esse cõditũ, & quicquid superioribus seculis gestũ narrant diuinæ scripturæ. Quædam uero credimus quæ sunt p̃sentia ut q̃ hodie Deꝰ mundum ecclesiamq; gubernat etc. Quædã quæ sunt futura, ut de die iudicij, de Resurrectione, & quicquid sacre litere pollicent pijs, & minantur impijs.

Firmissime tenenda & credẽda est fides catholica. Nam ea credimus quæ ex magna parte consentanea sunt rationi, Itẽ ꝓbant ea maxima miracula. Itẽ Propheta℞ consensus. Item cõstans consensus omniũ Seculo℞ & nationũ. Tanta em̃ cõstantia retinet, ut ab ea tot uirorum, puero℞, fœminarũ, uirginũ milia, nec uarijs mortibus, nec tormẽtis morte formidabilioribꝰ, potuerint auelli. Idq; etiam mirabilius est, q̃ hæc sacra fides repente ueluti Sol quidam p totum

totum orbem illuxit & uicit. Non auxilio uirium, non opum, non doctrinæ, nec humanæ calliditatis. Et stetit incōcussa hactenus aduersus regiam potentiam, aduersus mundanam sapientiam. Aduersus Hæreticos, mille modis ad impietatem instructos, Iuxta Christi ꝓmissum, Et porte inferi non preualebunt aduersus eam.

Dices. Quomodo credam quæ tot uoluminibus sunt scripta? Rñdet Symbolo omnia continent, qđ est regula fidei. Symbolū aliqñ .i. signū quod imprimitur epulis ac uasis, ne resignēt a quibus nō oportet. Ita in Baptismo frons renascentis cōsignat Crucis figura. Mentem sic obsignatam Deo semel, nefas est resignare Sathanæ.

Item inter Sponsum & sponsam dat symbolū ex mutuo consensu, ne liceat a pacto recedere. Fides ergo est Symbolū nephas sit unq̄ moliri diuortium. Quilibet nostrū est Sponsus, etiam abiectissimus. Neminem em̄ reijcit agn9 ille mitissimus, qui latronem in Cruce mox inuitauit ad nuptiale conuiuium.

Deniq; militib9 sub ijsdem signis meren-

rentibus datur Symbolum, ut sub eodem imperatore militaň inter sese agnoscerent.

Ita hic qui Baptizati sunt, profitenẽ Euangelicam militiam, dantq; nomen regi immortali Christo. Iam extreme pfidie est & ingratitudinis ab hoc principe ad Tyrannum Sathanam deficere, Deficiunt autem non solum qui Christum abnegant, & ad Turcam aut Iudæos transfugiunt, sed etiam qui toto pectore mundo mundanisq; commodis dediti sunt.

Heu multi Sathanæ militãt qui princeps huius mundi dicitur, qui tamen duriora tolerant, q̃ qui militant Christo. Ituri tandem in æternum supplitium cum Sathana. Qui uero Christo militant, in æternum gaudium.

Narra Symbolum.

Crede unum esse Deum, & tres personas, Patrem qui solus a nullo est, Filiũ a Patre sine tẽpore genitum, Spiritum sanctum ab utroq; procedentem.
Tres sunt ꝓprietatib9 distincti, sed triũ

eadem est substantia siue natura, eadẽ om̃ipotẽtia, eadem maiestas, eadem sapientia, eadẽ bonitas. Hec trinitas ordinẽ quidẽ habet, sed inequalitatẽ ꝓrsus nescit. Nullus em̃ est alio uel tẽpore posterior, uel dignitate inferior. Triũ una deitas, & tres unus deus. Hinc summa orit̃ Symboli distinctio. Principem locum obtinet Pater, scd'm Filius, tercium Spiritussanctus qui Charitas est & utriusq; nexus quidam ineffabilis. Pater cõdidit uniuersa, Filius restituit prolapsa, Spiritussanctus utriq; cooperat̃.

Sed in filio, quoniam solus assumpsit naturam humanã, nulla ex parte diminuta aut mutata diuina, quũ sit una ꝑsona. Triplicẽ tñ habet substantiã, diuinam, animã humanã, & corpus humanum, qui sicut ex patre Deo natus est uerus De9, ita ex homine matre, natus est uerus homo.

Huic adheret Ecclesia, sicut corpus hominis adheret capiti. Corpus ergo Christi mysticum quartam Symboli partem occupat.

¶ Recitemus ergo Symbolũ.

Credo in Deum patrem om̃ipotentem crea-

creatorem cœli & terræ. Ecce prima persona.

Et in Ihesum Christum filium eius unicum dn̄m nostrum. Ecce altera pars symboli, quæ tradit Christi diuinā naturam.

Qui conceptus est de spiritusancto etc. Ecce uera & perfecta hominis in Christo natura, natus ex etc.

¶ Mox sequit̃ humani generis redemptio.

Passus sub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus & sepultus. Ecce p̄ter tot certissima argumēta uerum hominem declarātia, admirabilem Christi pugnam cum Satana Tyranno.

Descēdit ad inferos. Ecce habes quid egerit illa sacrosancta anima Christi interim dum iacuit corpus in sepulchro.

Tercia die resurrexit a mortuis. Ecce habes capitis uictoriam, membrorū spem.

Ascendit ad cœlos. Habes uictoris triūphum, Sedet ad dexterā Dei patris omnipotentis, Ecce eterna Christi monarchia, cui data est om̄is potestas in cœlo & in terra.

Inde

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Ecce secūd9 aduentus. Prius em̄ uenit in hūilitate carnis, saluator oīm. Post ueniet in gloria Patris, iudicatur9 pios & impios, cuiq; pro meritis suum daturus premium.

Credo in spiritumsanctum. Ecce habes tertiam symboli partem.

Sanctam Ecclesiam Catholicam. Ecce habesquartam symboli partem, quæ describit mysticum Christi corp9 Ecclesiā.

Et congruenter Ecclesia sancta, sancto spiritui annectitur. Illi9 em̄ munere sanctum est, quicquid in rebus creatis uere sanctum est.

Sanctorum cōmunionem. Hec particula scd'm quosdam per appositioné exponit priorem sanctam ecclesiam. Societatis enim uocabulum est ecclesia, & inter omnia Christi mébra iugis est coniunctio. Quidam intelligunt ecclesiæ sacramenta. Quidam omnium bonorum operum communionem.

Remissionem peccatorum. Audis paratam duplicem medicinam, unam ex baptismo, alteram per pœnitentiæ Sacramentum.

Carnis

Carnis resurrectionem. Hic aperitur militie finis. Ecclesiæ consumatio, & toti9 hominis uel eterna felicitas, uel eterna calamitas.

Et uitam eternam Amen. Audis incomparabile stipendium, quod Imperator noster parauit suis militibus, si sui Ducis exemplo, sub illius uexillis fideliter militantes, gnauiter sese gesserint usq; ad mortem.

Dices potest ne sensibili aliquo argumento demonstrari, quomodo tres personæ distincte dicantur, & sint unus Deus? Respondeo nihil est in rebus creatis, quod proprie dici possit simile diuinæ naturæ. Et iniuria fit illi adorande maiestati, si temere cum humanis rebus conferatur. Dabo tamen simile, sed multũ dissimile. Cõtemplare Solem, & ab hoc manantes radios, tum ex utroq; pfectũ calorem, ut sol est fons luminis & caloris. Ita Pater fons est filij, qui est lumen de lumine. Et sicut a sole simul & radijs manat calor. Ita a Patre & Filio pcedit spiritussanct9. Nunc mihi imaginare Solem, qui nusq̃ esse cæperit, nec esse desiturus sit, nõne ab hoc sempiterno sempiter-

sempiterni nascerent radij? Et utrinque pficisceret calor equæ sempitern9? Sed hic innumera discrepant. Radius non est idem quod Sol, ut iam sit substantia calor auté accidens est non substancia.

Pro declaratione Symboli,
Doctrina Prima.

Credo.

Due sillabe sunt, sed has quisquis ex uero corde pnunciat. Beatus est. Non em̃ uere credit in Deum, nisi qui pro cõpertissimis habet omnia, quæ sacris literis prodita sunt, sine dubitatione sperans quæ illa promittunt, timens quæ minant, quiq; in hac uita, se totũ, suos, & sua omnia tradit diuinæ uoluntati, ppriam uoluntatem abdicans in omnibus, etiam si mille mortes intententur; tutissimus est etiam si uniuersa Demonum potestas moliatur pernitiem.

Si desit hæc fides, nec Baptism9, nec ulla Ecclesiæ Sacramenta prosunt, nec ulla bona opa cõferunt ad salutem æternam. Nam Paul9 pctm̃ etiam esse pronunciat, quicquid absq; fide est.

Hæc fides formata nos Deo patri co-

pulat,hæc nos Christo capiti sociat,hæc per Christi spiritũ nos cooptat in numerum filioꝝ Dei,Hæc nos inserit in consortium Angeloꝝ & omnium sanctoꝝ. Hæc in tenebris huius uitæ ꝑlucet,ostendens quid uere fugiendum,quid expetendum. Hæc nos armat aduersus omnes machinas mundi,Diaboli.Hæc cõsolatᷣ in rebus tristibus spe bonoꝝ cœlestium semꝑ habens in ore. Si Deus pro nobis quis contra nos? Et Hebre.11.nõ sunt condigne passiones etc. Per hanc Deo chari uiuimus. Per hanc alacriter bonaq; cum fiducia morimur. Per hanc ad beatam immortalitatem euehimur.

Rursus ex defectu huius fidei nascitᷣ, supstitio,sortilegium, idolatria,& hui9 germana auaritia,ambitio,blasphemia, tristitia, desperatio,supbia,metus mortis,uindicte cupiditas,& quicquid mali in toto orbe grassatᷣ.

Secunda Doctrina.

Primus ad salutem gradus est, credere Deum esse. Secundus,credere Deo .i. fidem habere uerbis illius. Tercius omnem solicitudinem plena fiducia in illum conijcere. Qui

Qui credit Deo, profitetur illum ueracem in omnibus. Qui totam fidutiam in illum collocat, profitetur ab illo gubernari omnia, nec quicq̃ illo esse uel melius uel sapientius.

Tercia doctrina.

Contra hoc peccant.

Qui negant ab eo conditum mundum, uel ab eo gubernari. Qui negant illi curæ esse res mortalium, quasi nesciat regere quod condidit. Nec passerculus cadit in terram sine uoluntate patris. Et capilli numerati. Qui male tenent de Christo, aut de spiritusancto. math. x.

Item qui profitentur se nosse deum, sed factis negant Heb. 4. Quicqd homo prefert Deo, id sibi facit Deum. Exempli gratia, Deus dicit, Non mechaberis, Cõcupiscentia dicit mechare. Hic qui neglecto Deo obedit concupiscentiæ, nõne quadãtenus Deum repudiat & in eius locum substituit concupiscentiam?

Deus dicit, Noli peierare, Auaritia dicit, peiera, Nonne hic auarus pro Deo uero colit mammonam? Scriptura do-

cet nos ubiq; Deum esse presentē. Nec quicq̃ esse absconditum ab oculis eius. An hi credunt hec, qui quotidie cōmittunt sub oculis Dei, quod homine teste non auderent committere?

Qui ob mortem liberorum, aut ob ereptas merces confugiunt ad laqueum? Num hi credunt om̃es res humanas geri sapienter ac misericorditer a Deo gubernari?

Qui toto corde per omnem uitam mũdo seruiunt, letãtes quum male fecerint, & exultantes in reb9 pessimis, an isti credunt Deum nihil malorũ inultum relinquere, sed qui hic noluerunt sua scelera per pœnitentiam expiare, mitti in ignem eternum? Profecto aut non credunt, aut frigide credunt.

Rursus, qui considerata criminũ suorum magnitudine, desperant ueniam, an hi credunt Deum esse infinite misericordie? Non est uerisimile.

Plurimum igitur habet momenti ad pie beateq; uiuendum uiuida fide uerũ nosse Deum. Qui ex animo credit illũ esse summe bonum summeq; pulchrũ, non poterit aliquid amare supra illum

Qui

Qui credit omnipotentem, non conabitur illi resistere, qui uinci non potest. Qui credit summe sapiéter, nunquam illi obmurmurabit in rebus aduersis. Quasi idiota medicum reprehendat, quod uarijs corporibus diuersa prescribat. Ita qui Deum indicat, quasi nesciat, quid cuique sit optimum. Medicus alium ungit ac lauat, alium urit ac secat, alium iubet dormire, alium uetat, & dicimus, medicus est, nouit quid expediat egroto. Et quum Deus huic largitur opes alij adimit, alij dat liberos, alij negat, huic dat prosperam ualetudinem, illi corpus obnoxiũ morbis, dicimus, quur Deus ad hũc modum tractat homines, ac non potius dicimus, Deus est, nouit quid cuique expediat.

Finis Symboli.

Benedictus Deus in sæcula.

Inuen-

Inuentarium seu Index eorum quæ in hoc Opuscu-lo continentur.

In tractatu de Poenitentia hæc continentur.

Vtilitates

De satisfactione et utrũ

In Tractatu de Praeceptis Dei hæc continentur.

Quæ

In primo Praecepto
haec continentur. H.3.

In ſecundo Praecepto
hæc continentur.

Tripli-

In

In quarto Praecepto.

In quinto Praecepto.

Quæ

In sexto Praecepto.

In septimo Precepto.

Vsura

In

In Praecepto octauo.

In nono Praecepto.

In decimo Praecepto.

Tractatus de Oratione Dominica.

FINIS.

Ex officina Melchioris
Lottheri incōniuentis induſtrię
typographi q̃ maxima cura
ac diligentia prodijt, An
no a redempto genere
humano ſeſꝗmilleſi
mo et triceſimo ſep
timo Menſe vero
Februario.

De Pænitentia Exordium

Omnes homines mortales in hoc miserabili exortio exilio procreati, et in tam luctuosa miseriarum valle viventes, insitum quoddam, et naturale desiderium habent ut sint beati, et summo bono fruantur, ad quod creati sunt. Sed quia nihil est quod à Deo adeo impedit, aut impedire potest huius appetitus finem et desiderium tam naturale, atque peccatum; ideo necesse fuit filium Dej venire, de cœlis in hunc mundum descendere, et in utero virginali dominæ nostræ semper V. Mariæ incarnari, ut preparet nobis remedia contra omnium peccatorum genera: præter ea quæ dederat in tempore legis naturæ et legis Mosaicæ. Hæc remedia sunt sanctissima novæ legis sacramenta ut Sacræ Theologiæ Doctores testantur. Et quia sanctissimum penitentiæ sacramentum singulariter institutum est, contra omnia peccata tam mortalia, quam venialia, in quæ sæpe labimur recte monet Joannes in Apocalypsi sua Memor esto inquit unde excideris de statu gratiæ Apo: 2 scilicet in statum culpæ quando peccasti: et age pænitentiam: huius particeps esse remedij. Sed et ipse redemptor mundi prædicationem suam, cum ex deserto venisset auspicatus est à pænitentia dicens Pænitentiam agite appropinquabit vobis regnum cœlorum Et apud Lucam minatur etiam peccatoribus. Nisi pænitentiam egeritis, omnes simul peribitis

Applica more Rhetorico .